WOLFG. ADAMI SCHOEPFFII

I. V. D.

SERENISSIMI DVCIS WVRTEMBERGICI CONSILIARII PRAXEOS ET PANDECTARVM PROF PVBL. ORDINARII

TRACTATIO IVRIDICA DE PRAESCRIPTIONE SERVITVTVM EXTINCTIVA

IN ACADEMIA TVBINGENSI

A. M D CC XVI

SVB EIVS PRAESIDIO

PVBLICE HABITA

NVNC VERO OB MATERIAE PRAESTANTIAM ET RARITATEM

DENVO RECVSA

TVBINGAE 1745

LITERIS IOANNIS CONRADI REISI

Damnas non vſum, nam ſic extinguitur annis
Seruitus: aſt vſus praemia laudis habet,
Ius, cum doctrina, virtus, praeſcribitur vſu;
Nomen inextinctum, ſic, honor, arte, manet.
Quod bene ſis Themidos niſus perdiſcere iura,
Hoc ſpecimen monſtrat; gratulor ergo Tibi.
Sis porro felix, laetetur patria tellus;
Ex animo voueo proſpera quaeque Tibi.

Hiſce Nobiliſſ. & Praeclariſſ. Dn. Candidato, perinduſtrio ſuo Auditori, gratulatur & quaeuis bona ominatur.

PRAESES.

Iura quibus faueant, docto dum diſſeris ore,
Autumo: Sic quoque Te non niſi magna manent.
Perge bonis auibus ſtudiis intendere mentem,
Et ſemel inceptam porro meare viam.
Sic poſt ſudorem Tibi ſeros nomen in annos
Amplaque continget gloria, & amplus Honor.
Dulcem Mercedem dulces metuere labores,
Quam Tibi poſtremo Sponſa Themisque dabit.
Fortunet Tua coepta Deus, Teque omnibus ornet
Corporis ac animi, quae cupis ipſe bonis.

Ita Nobiliſſimo Dn. Reſpond. Conſalino hact. ſuauiſſ. & Amico ſuo honorando de egregiis conatibus gratulari, felicesque ſucceſſus apprecari voluit

IOH. MARTINVS HILLER,
S. W. D. A. C. A. R.

Sic iuuat in Cathedra docti praescribere laudem:
Sors meritis aequa stet Tibi lance precor.

Affectus erga aestumatissimum Dn. Respondentem testandi ergo scripsit

M. F. GRASS,
Iur. Stud.

Extinctiua Tibi praescripti regula iuris,
Quo fit commoditas publica nostra, placet.
Gratulor hunc fructum! Patriae sic commoda quondam
Communi reddes, reddet & illa Tibi.

Haec tibi, Nobilissime Domine Respondens, Fautor certissime, Commensalis dilectissime, Conterranee desideratissime, abitum meditanti, apponere, iisdemque ad amicitiae nostrae continuationem inuitare voluit, qui idem se facturum esse sancta fide recipit

IO. FRID. SCHRAGMVLLER,
Hala-Sueuus.

En! gradum molitis opus perchare WIBELI;
Dum cupis ingenium percolere, arte, tuum,
Conatus igitur collaudo tuosque labores,
Et Numen coeptis auxiliare precor.
Vt modo defendas verum, falsumque refutes,
Inde tuo studio praemia digna feres.
Hoc, fundo tibi sincero de pectore votum,
Vt det posse DEVS, qui tibi velle dedit.

Hisce Nobilissimo Dn. Candidato, Fautori, Commensali, atque Amico suo in paucis aestumatissimo, ex intimo gratulatur, & quaeuis bona precatur

CHRIST. HENR. CAMERARIVS,
Oettinga Rhetus SS. Theol. Stud.

CAPVT I.

SVMMARIA.

§. I. Explicationem rubri continet. §. II. Definitionem. §. III. Diuisiones. §. IV. An haec Praescriptio cum iure Naturae pugnet? §. V. An Seruitutum vsus, & res merae facultatis praescriptionem admittant.

§. I.

Receptum hactenus fuit scribendi genus, terminorum, in frontispicio positorum, explicationem praemittere. Cum tamen, ex omnibus compendiis, vel tyronibus iuris notum sit, quid praescriptio? quid seruitus? & vnde deriuentur? illudque insuper iam praestiterit B. Dn. Bardili *in Disp. de praescr. seruit. §.1.* Nemo nobis vitio vertet, si, missis hisce, & ne actum agere videamur, properamus ad vocem extinctiuam, fere barbaram, quae a praepositione ex, & verbo obsoleto, stinguo, deriuatur. Vti vero alias varios admittit significatus, vt bellum, incendium, vrbem, LL, famam &c. extinguere, add. *l.12. §.18. ibi: Acetum quoque, quod extinguendi incendii causa paratur: de instruct. & instrum. leg. ibique in notis Gothofredus lit. t.* ita in iure nostro dicitur, quod su-

ſpecti cognitio §. *8. I. de ſuſpect. tut.* crimen, cum poena, morte *l. 1. l. 2. Cod. ſi reus vel accuſat. mort. fuer.* & prouocationis remedio condemnationis extinguatur pronuntiatio *l. 1. §. f. ad St. Turpill.* Item quod actio iniuriarum, per nudam verbalem remiſſionem, *l. 17. §. 6. ff. de iniur.* & quod legatum liberationis *l. 21. pr. ff. de liberat. legat.* & debiti, a viuo teſtatore exacti, extinguatur, *d. l. 21. §. 21. I. de Legat. l. 75. §. 2. d. Leg. 1. l. 11. §. 13. d. Leg. 3.* vel ſi res legata alii donetur *l. 18. de adim. vel transfer. legat.* vel ſi debitori haeres extiterit creditor. *l. 21. §. 1. de Liberat. leg.* vbi additur, quod confuſione perinde ac ſolutione obligatio extinguatur. In ſpecie, quod vſusfructus etiam morte aliisque modis extinguatur, & pro extincto habeatur, probant *l. 3. ff. 2. de vſufructu. l. 3. §. fin. l. 8. l. 10. l. 12. l. 15. l. 30. ff. quibus modis vſusfr. vel vſus amitt.* Et quia, per talem praeſcriptionem, ſeruitus conſtituta iterum tollitur & amittitur, ſicque libertas praedii ſui, contra ſeruitutem, hactenus alterius fundo vel perſonae debitam, vindicatur; proinde recte nominatur praeſcriptio ſeruitutum omnimodo extinctiua, Ioh. del. Caſtillo *de vſufruct. cap. 68. n. 2. & 40.* Caſpar Schifordegher ad Fabr. *lib. 1. tract. 5. q. 4.* B. D. Bardili *in Diſp. de Seruit. praeſcript. th. 1. n. 4. & 5. & th. 39.* B. Dn. D. Harpprecht, Praeceptor noſter, poſt fata, deſideratiſſimus & colendiſſimus *in Conſ. 72. n. 180.* prout itidem praeſcriptionem actionum omnimodo extinctiuam ſeu peremtiuam in hoc ſenſu nominat *in Coniectur. ſolut. & praeſcript. in effect. praecipue conſiderat. differ. princip.* §. 2. Et de renuntiacione filiarum Illuſtrium extinctiua, abdicatiua & totaliter excluſiua videri poteſt eiusdem *Conſil. nou. 50. n. 117. 123. 128. 150. & 209. & paſſim, vt & Diſp. de ſucceſſ. monial. nobil. renunciatar. & ex harum perſona, monaſteriorum §. 28. 32. & 33.* Vocabulum enim perimere, fere in eundem modum accipitur, vt in *l. 75. §. 1. de leg. 1.* vbi deciditur, quod falſa demonſtratio non perimat

perimat legatum, & in *l. 76. de solut.* actio in *l. 17. de accept.* vero stipulatio peremta dicitur. Frequentius in iure nostro occurrit quod seruitus realis *l. 4. l. 10. §. 1. l. 11. l. 16. l. 18. quemadm. seruit. amitt. l. 66. §. fin. de leg. 2. L. 17. d. Aqua & aqu. pluu. arcend. l. 126. §. 1. de V. O. l. f. Cod. de Seruit.* & Vsusfructus per non vsum *l. 20. l. 25. l. 28. quibus mod. vsusfr. l. 13. l. fin. Cod. de seruitut.* sicut aliis quoque modis amittatur. *l. 1. l. 3. §. fin. l. 19. l. 23. l. 24. l. 29. quibus mod. vsusfr.* & quod non vtendo pereat, siue depereat *l. 2. l. 6. §. fin. quemad. seruit. amitt. l. f. Cod. de seruit.* Dum vero de seruitutum praescriptione extinctiua, siue peremtiua, tanquam modo, seruitutem constitutam iterum amittendi, sermo nobis est, quilibet inde facile colligere poterit, hoc loco nos minime acturos esse, de praescriptione seruitutum acquisitiua, qua nimirum is, qui seruitutem in alterius fundo hactenus non habuit, eandem sibi vel praedio suo acquirit, & de nouo seruitutem constituit, quam D. Bardili *in tota disp. de seruitut. praescript.* latius pertractauit.

§. II.

Praescriptio vero seruitutum omni modo extinctiua, siue peremtiua, nihil aliud est, quam modus, quo seruitus, per voluntarium non vsum, tempore legitimo continuatum, accedente praescriptione libertatis, in vrbanis seruitutibus, iterum extinguitur, sicque libertas pristina praedio vindicatur. Si quid in hac Definitione desiderari potest, excusabit nos *l. 202. d. Reg. Iur.* vbi omnis definitio in iure periculosa dicitur, cum insuper ICtis in formandis definitionibus solenne sit, non tam ad accurata Logicorum praecepta, quam potius ad rem ipsam & negotii naturam respicere, & tales descriptiones consignare, quae negotium, eiusque differentiam specificam, exprimunt. D. Lauterb. *in Colleg. ad Pandect. tit. de Tutel. §. 3.* Genus ponitur

nitur in modo extinguendi seruitutem per *l. pen. Cod. de seruit. & tot. tit. quibus modis vsusfr. vel vsus amitt. Conf.* B. D. Lauterb. *in D. d. Crim. praescript* §. *1.* vti quoque in Instit. tituli prostant, *quibus modis ius patr. potest. solu. tutela finitur, infirmantur testamenta, & quibus modis tollitur obligatio.* Reliqua verba definitionis per se satis clara sunt & in inferioribus explicantur.

§. III.

Diuidi potest nostra praescriptio seruitutum extinctiua, quod alia sit seruitutum vrbanarum, alia rusticarum, eum in finem, quod ad praescribendas rusticas seruitutes solus non vsus sufficiat, in vrbanis vero, libertatis quasi possessio & praescriptio vlterius requiratur, *vid. cap. 3.* §. *15.* & quod multi Ddres insuper in praescriptione vrbanarum seruitutum bonam fidem exigant *confer. cap. 3.* §. *18.* Vti quoque ex *l. 18.* §. *1. quemadm. seruit. amitt. & l. 32.* §. *1. de seruit. praed. vrban.* tertium vsum huius diuisionis exsculpere annituntur, de quo *in cap. 3. §. 14.* agendum erit. Alia porro praescriptio est seruitutum continuarum & discontinuarum; cum in discontinuis duplicatum tempus praeterlapsum esse debeat, secundum dicenda in *cap. 3.* §. *12.* Regulariter quidem seruitus continua moribus nostris dicitur, quarum vsus seu exercitium sua natura sine hominis facto continuum est, vt in seruitute aquae ductus, tigni immittendi, oneris ferendi, altius non tollendi *l. 10. si seruitus vindicet.* Discontinua vero, ad quarum vsum hominis factum requiritur: vt seruitus itineris, viae, pascendi *l. 14. de seruit.* D. Bardili *D. de Seruit. praescript.* §. *34. & 35.* Sed ad hunc effectum duplicandi temporis, seruitus realis discontinua dicitur, quae habet interualla annorum & mensium, vt v. g. si aqua aestate tantum ducatur, vel vno mense in anno, vel alternis annis & mensibus, vel omni triennio, vel quinquennio liceat vna die vel pluribus gesta-

gestare, vel ire, quia forte per singula lustra sylua semel tantum caedatur. *l.* 7. *quemadm. seruit. amitt. l. f. Cod. de seruit.* Barthol. Coepolla *de seruit. c. 24. n.* 7. Henricus Zoes. *ad π. n.* 7. *Q. S. A.* Talis enim conuentio per annos & menses insolita ac enormis est, ideoque quasi duplicem facit seruitutem, & duplex tempus requirit Vlricus Huberus *in praelect. Iur. Ciu.* §. *3. ad tit. π. Q. S. A.* E contra continua seruitus nominatur, quae habet interualla dierum vel horarum constituta, & alternis diebus, die tota, aut nocte tantum, aut alternis horis, vel vna hora quotidie debetur. Cum enim intermissio per dies & horas frequens sit in seruitutibus, proinde naturam earum non mutat, nec vnitatem diuellit, sed, vti tale tempus reputatur quotidianum, & posterioris diei finis in initium sequentis currere intelligitur, Colleg. Iurid. Argent. §. *6. Q. S. A.* ita etiam seruitus videtur quotidiana & vna, habens causam continuam, perinde ac si interualla non haberet; quapropter sane longo tempore amittitur. *l. 7. Q. S. A.* Coepoll. *de seruit. c. 24. n.* 5. Harppr. *ad* §. *f. n. 32. I. de seruit.* Zoes. *n.* 7. & Huberus §. *3. ad. tit. π. Q. S. A.* Neque dubitandum est, si quis aquam, vi conuentionis, pro lubitu & quandocunque velit, haurire possit, quod tunc & illa seruitus pro continua habenda sit, cum semper quis illa, iure quasi continuo vti queat. Caspar Manzius *in Bibliotb. aurea Iurid. Theoret. practica tract. de seruit. praed. vrb. & rustic. n. 76. & 77. ad tit. π. Q. S. A.* Denique haec praescriptio seruitutum extinctiua, in realium & personalium Affirmatiu. & Negatiu. praescriptionem discerni potest.

§. IV.

Fundamentum absque dubio in Iure ciuili habet v. Bardili *Disp. de seruitut. praescript. th. 8. & seqq.* adeo, vt Ioh. Schilterus *Exerc. 18.* §. *6.* hanc vsucapionem libertatis, non obstante lege Scribonia, ob fauorem libertatis ciuium Ro-

manorum, ſemper obtinuiſſe ſcribat *per l. 4. §. f. de vſurpat. & vſucap. l. 7. Q. S. A.* Verum, vt quis propter non vſum, ſeruitutem ſibi debitam, tanquam ius quaeſitum, amittere debeat, videtur cum aequitate naturali pugnare, cum inſuper in alicuius libero arbitrio poſitum ſit, ſeruitute vti, vel non, & alter beneficio afficiatur, ſi quis vſum ſeruitutis longo tempore intermiſerit, ſicque potius grato animo id agnoſcere debeat, quam vt exinde priuationem inferre velit *arg. l. 11. & l. 206. d. R. I. l. 14. d. condict. indeb. l. 21. Cod. mandat.* Hiſce vero, aliisque non obſtantibus, haec praeſcriptio ſeruitutum extinctiua recte regulis iuſtitiae & aequitatis quoque naturalis conformis ex eo iudicatur, quod ille, qui per negligentiam, ſeruitute longo tempore non vſus eſt, recte tacite illi iuri renunciaſſe arg. *c. 19. X. de cenſibus c. 15. X. de re iudicata*, Dalner *de Renunciat. c. 3. n. 28.* D. Stryk. *in Diſſ. de non vſu iuris quaeſiti, c. 1. n. 2. & ſeqq.* illasque ſeruitutes alienaſſe eo magis cenſeatur. *l. 28. d. V. S. ibi: Eum quoque alienare dicitur, qui non vtendo amiſit ſeruitutes, l. 18. d. fund. Dotal. l. 3. Cod. de poſtul. ibi: nec temporis ſpatio conſenſum ac fidem accommodaſti:* B. Dn. D. Harpprecht *Conſult. nou. 22. n. 44.* quod per literas reuerſales, proteſtationem, aliosque modos, facillimo negotio ius ſibi conſeruare potuerit, & alias quoque pro libertate *l. 10. Cod. de ſeruitut.* & vt res reducatur ad priſtinam naturalem libertatem, ſemper iudicandum ſit. *l. 47. de O. & A.* Et niſi talis non vſus amiſſionem ſeruitutis poſt ſe traheret, Reſpublica ex negligentia ciuium hoc incommodum ſentiret, vt dominia & iura rerum ſemper in incerto manerent, atque litium multitudine oneraretur, *pr. I. de Vſucap. l. 1. d. Vſurp. & Vſucap. l. fin. pro ſuo,* ita, vt & hic priuatum commodum, publicae ſaluti, tanquam ſupremae legi, rectiſſime cedere debeat, iuxta tradita Dn. Strykii *in Diſſ. d. non vſu iur. quaeſiti c. 1. n. 15.* & quae porro Ddres in genere docent de iuſtitia prae-

praeſcriptionis, fundata in praeſcribentis poſſeſſione vel quaſi, deſidia & longa incuria negligentis, dominorum certitudine, litium conſopiendarum fine, & praeſumta domini rem non amplius habendi, ſed derelinquendi voluntate & publica vtilitate, Excellentiſſ. Dn. D. Graſs, Praeceptor & Patronus noſter colendiſſ. *in poſit. controu. 9. ad priores 9. tit. lib. 2. Inſtit.* Lauterbach. Colleg. *ſſ. 7. ad tit. de vſurp. & vſucap.* D. Coccejus *in Diſp. de praeſcript. extraord. ſ. anomala ſſ. 1. & ſeqq.*

§. V.

Porro huic praeſcriptioni grauiter obſtare a nonnullis Ddribus creditur, quod vſus ſeruitutum & v. g. paſtus animalium, inter res merae facultatis, ſiue in eius, cui ius ſeruitutis competit, arbitrio poſitus ſit, vtrum ipſe ſeruitute vti velit, nec ne? & vtrum ipſe oues alere & in paſcua aliena immittere velit, nec ne? arg. *l. 2. de via publ. ibique Ddres* vid. Klock. *tom. 1. Conſ. 29. n. 564.* Honded. *vol. 1. conſult. 79. n. 49. & ſeqq.* Heeſer *de acquaeſtu coniug. part. 2. loc. 3. n. 20.* quibus rebus merae facultatis nunquam praeſcribitur, neque per illas quaſi poſſeſſio neque ius acquiritur, Müller ad Struu. *Ex. ad π. 43. th. 22. lit. d.* Meuius *p. 1. dec. 60.* B. Dn. D. Harpprecht. *in Conſil. 90. n. 87. & 88. & Conſult. Nou. 31. n. 202.* Illuſtris L. B. de Lyncker *cent. 1. dec. 67. & c. 14. d. 1307.* Sed ex communi Doctorum opinione illa regula ſaltem procedit in iis, quae ſunt abſolute ſimplicis & merae facultatis, ac iure Dominii alicui in re ſua competunt, & quae propriis inſunt Dominiis, nec ab aliis debentur, & ex nulla actione deſcendunt, prout Doctores paſſim loqui amant, Manzius *in Centur. Quaeſt. palatin. dec. 49. n. 13.* vbi allegat Henricum Caniſium *ad cap. 11. X. de vſur. & cenſibus*, ſed citra conuentionem & obligationem a mero alicuius arbitrio dependent, & ex libertate naturali, eaque irreſtricta ac congenita, vel Gen-

Gentium vel vniuersitatis iure communes sunt, neque vllos terminos a lege vel homine praescriptos habent, quorum proinde exercitium omissioue alteri nullum ius tribuit, & exercenti omittentiue non praeiudicat, vt ire in via publica *l. 2. de via publ.* in publico lauare, in theatro spectare *l. 2. §. 9. ne quid in loco publico*, fenestram facere, aut quiduis aliud in suo aedificare *l. 24. d. S. P. V. l. 8. l. 9. Cod. d. Seruit.* negotiari *l. 5. de I. & I.* molere, pinsere, cereuisiam emere vbi velis &c. late Struu. *Ex. 43. th. 22.* Dn. B. de Lyncker *in Resp. 65. n. 33. & seqq.* & Author *Meditation: ad Instrument. Pacis Caesareo-Suecicum specim. 4. art. 5. §. 43. pag. 668.* Stryk. *de non vsu iuris quaest. c. 1. n. 12.* nisi causa aliqua subsit, ex qua, vel ex qualitate personarum, vel aliis coniecturis, verisimiliter coniici possit, non iure familiaritatis, sed seruitutis & ex debito aliquid actum esse: post plures B. Dn. D. Harpprecht *in Consil. 90. n. 107. & seqq.* Ioh. Voët. §. 7. *ad tit. d. pignor. Act.* vel prohibitio accesserit, & alter isti acquieuerit, tunc enim praescriptio potentissime locum obtinet, Struu. *Ex. 43. th. 15. & 22.* Stryk. *d. non vsu iur. quaest. c. 1. n. 13.* Sprenger *in Consil. 1. de Iur. pascend. annex. opuscul. Spreng. pag. 56.* D. Cocceius *in D. praescript. immemoriali cap. 5. n. 22.* D. B. de Lyncker *in Resp. 65. n. 32. 36. & 61. cum seqq.* Author *Meditat. pag. 668.* hisce verbis: *Quarum merae facultatis rerum natura in causa praescriptionis imprimis consideratur, cum in iis non possit possessio allegari ab eo, qui praescribere intendit. Quamuis enim per longum satis tempus via publica non iueris, in balneo publico non lauaueris, in theatro non spectaueris, in tuo nihil aedificaueris, nemo erit, qui te hac libertate probibere possit, si postea vti velles. Item, etsi per multos annos certo modo cereuisiam emeris, moleris aut pinseris, mutatio semper in arbitrio tuo est, nisi forte aliquando* prohibitus fueris ab alio, *quo minus libertate naturali vtaris*, & huic prohibitioni acquie-

quieueris, *nullis actibus contrariis editis. Tum demum enim mera illa facultas, seu liberum arbitrium*, vim quandam pati & ab altera parte iuris cuiusdam quasi possessio quaeri videtur, *in praescriptionem desituri, elapso tempore, ad praescribendum definito. Ita, si te quis* prohibeat, *ne certa via publica eas, ne in hoc balneo laues, ne fenestram in tuo aperias, aut altius aedifices, tuque* sine contradictione morem gesseris prohibenti, periculum sane erit, ne hanc libertatem perdas. *Perinde erit, si quis te coëgerit, ne alio loco quam apud se eas, ne alibi pinsas, aut quid rerum vendibilium emas.* Nam tua patientia *fit, vt alter in possessionem venisse censeatur, contra libertatem eiusmodi actuum*, quam mox ius comitatur, *si praestituto tempore tibi hoc continuo scieueris imperari.* Hactenus ille. Quod si vero res merae facultatis notissimos terminos egrediuntur, & relatiue tales sunt, quae ab aliis debentur, & iure actionis ex contractu & peculiari iure singulariter competunt & exercendae, sicque proprio iure quaesitae & contractu confirmatae sunt, vt v. g. seruitutes aliaque iura, tunc tanquam iura constituta & formata, ita vt in iudicium deduci possint, recte non vsu longi temporis amittuntur, post Manz. Canis. Struu. Zieglerus *ad Grotium de I. B. & P. l. 2. c. 4. §. 15.* Sprenger *d. Consil. 1. pag. 56. & 57.* Lauterb. *Colleg. §. 18. ad tit. de Vsurpat. & Vsucap.* Brunnem. *ad L. 2. n. 9. d. via publica*, Stryk. *d. non vsu iuris quaesiti c. 1. n. 13.* qui generaliter praescriptionem admittit, si naturalis libertas, per pactum, transactionem, statutum, vel priuilegium, aliudue factum sit restricta, late Dn. a Lyncker *Resp. 82. n. 32. 37. & 39.* Author *Meditat. ad Instrum. pacis p. 669.* ibi ita pergit: *Ab his rebus vel actibus merae facultatis differunt actus alii, quorum exercitium, etsi in mea etiam potestate libere sit, omissio tamen eorum mihi citius fraudi & praeiudicio esse potest. Sunt autem hi actus duorum generum, nam illis vel* ius aliquod *est* acquirendum, *vt* aditio haereditatis, *vel ius singulariter ex contractu ali-*

quo, aut peculiari iure competens est exercendum, vt seruitus, *exactio debiti*, *iurisdictio*, *ius braxandi*, *neglecto enim aliquandiu horum actuum exercitio*, *res ipsa facile amittitur*, *elapso tempore legibus determinato. Vbi tamen rursus interest*, *quo pacto se isti actus habeant. Nam aut ius meum ita comparatum est*, *vt eius non vsu id me neglexisse non possim argui*, cum forte mihi iam commodum non fuerit eo vti; *Et tum sane praescriptioni non datur locus*, *nisi aliud quid accesserit*, *quo mihi ius meum ab alio dubium redditur. Quo refero ius reluendi pignoris*, *ius braxandi*, *quod mihi ratione aedium mearum singulariter competit. Itemque si* seruitute vrbana *aliquantisper vsus non sim*, vsurus tamen, vbi commodum & opus fuerit. *Nam haec iura*, *quae non habent exercitium quotidianum*, *& quorum omissio actui*, *ex iure suo fluenti*, *non est contraria*, *tempore adeo facile non amittuntur*, *nisi ex quo prohibitio intercessit*, *vel coactio*, *cui paritum est cum sufficienti consensus significatione.* Sin vero eo ipso, quo quid amitto, simul contrarium quid admitto, seu cum non vtor iure eo tempore, quo, vt vtar, opus habeo, *tunc mihi non potest non ille non vsus nocere*, cum remisisse aut abdicasse ius videar, *cuius vsum praesente opportunitate & necessitudine neglexi. Ita* seruitutes rusticae *per non vsum intra longum tempus praescribuntur. Nam iter ad meum praedium*, *pecoris ad aquam appulsus*, *ius pascendi & similia iura sic comparata sunt*, *vt quotidianum fere vsum habeant*, *si igitur alio itinere vtar*, *vel pecora mea per aliam viam aquatum agam*, *vel alio pastum*, dum alius interea his fruitur commoditatibus, siue sciente me, siue ignorante, *mibi paulatim iura mea perire necesse est*, *quorum exercitium tamdiu neglexi. &c.* Et in hunc modum Inclyta Facultas Iuridica Tubingensis in causa communitatis. B. Praefect. Sturg. contra possessorem praedii H. ad hanc obiectionem, quoad ius pascendi d. 30. Iul. Anno 1709. respondit; & Scabini Lipsienses in iure Grutiae

Holtz-

Holtzflößen, anno 1649. parilem ſententiam dixerunt, ſicque praeſcriptionem ſeruitutum admiſerunt, prout apparet ex praeiud. apud Carpz. *dec. 288. n. 24.* Cum enim talia iura & ſeruitutes expreſſa conuentione alienari poſſint, nihil ſane impedit, quo minus etiam prohibitioni acquieſcens tacite iis cedere & praeſcribi iis pati videatur. D. Cocceius *in Diſp. d. rebus merae facultatis* §. 12. add. eiusdem Diſſ. *d. praeſcriptione immemoriali c. 5. n. 21.* vbi hanc regulam ad actus mere naturales, qui ſingulis hominibus quaſi innati ſunt, vt edere, bibere, ire, ſaltem reſtringit, & reliquos potius iura, quam res merae facultatis eſſe affirmat, cum aliquid facere in ſuo, ex iure Dominii, ire vero in via publica, lauare in balneo publico, ſpectare in theatro; ex iure ciuitatis ſeu publico, quod omnibus ciuibus competit, fluat, *l. 2.* §. *2. ne quid in loco publ.* Optio quoque & electio, vbi molere, pinſere, emere velis, mutuum conſenſum exigat, & ex dominio rerum ſuarum ſequatur.

CAP. II.

SVMMARIA.

§. 1. Obiectum ſunt ſeruitutes, non alia iura, vbi de praeſcriptione actionis perſonalis ſimul agitur. §. 2. Qualescunque. §. 3. Excipitur iter ſepulchri, habitatio. §. 4. Operae ſeruorum & ruſticorum, quaſi vſusfructus. §. 5. Et vſusfructus alternorum annorum.

§. I.

Hiſce firmatis, ſatis apparet, tam ex inſcriptione, quam definitione, nos ſaltem hic de ſeruitutum praeſcriptione extinctiua agere, ſolasque ſeruitutes principale obiectum noſtrae praeſcriptionis conſtituere. Hincque nundinas, *l. 1. de Nundinis, ibique Brunnem.* Ahasu. Fritſch. *de Nundinis c. 12. n. 34.* Priuilegia, *c. 15. X. de priuileg. l. 7.*

Cod. de his, qui accusare non possunt. Gail. *l. 2. obs. 60.* Richter *dec. 86.* Dn. B. de Lyncker *Cent. 10. dec. 979.* Rescripta, *l. 2. Cod. de diuers. Rescript. c. 9. X. de Rescript.* Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 2. n. 8. & 9.* Ius braxandi D. Schoepffer *d. iur. braxand. p. 3. c. 2.* Stryk *d. non vsu iur. quaes. cap. 3. n. 15. & sqq. late* D. B. de Lyncker *Resp. 65. per tot, vbi n. 90. praeiud. exhibet, & Cent. 10. dec. 979.* & collectandi, Klok. *de contribut. cap. 3. n. 181. & seqq.* item immunitatem a collectis, Goswinus ab Esbach. *ad Cz. p. 3. c. 16. in Disp. de immunitat. a collectis th. 105. p. 484.* B. D. Harpprecht *tota Disput. de praescript. immunitat. a collectis*, aliaque iura, speciem seruitutum non exprimentia, de quibus late agit D. Stryk *in laud. Diss. c. 2. per tot.* quae itidem per non vsum amitti possunt, per regulam excludimus, simulque praesupponimus, seruitutem rite & legitime constitutam. Quod si enim seruitus saltem promissa, & nondum constituta sit, tunc sane, per non vsum, minime dici potest extincta, sic aquae ductus, titulo emtionis venditionis impetratus, riuo nondum ducto *l. 19. Q. S. A. ibique* Brunnem. & via duobus, commune praedium habentibus, legata, quamdiu de loco viae legatarius vterque non consensit, per lapsum temporis legitimi non amittitur. *l. 28. de S. P. R.* Ioh. Voetius *ad π. §. 11. Q. S. A.* Quod enim nondum est, id etiam non potest extingui, & desiisse non videtur, quod nec incepit, *l. 96. d. condit. & demonstr. l. 208. d. R. I.* cum priuatio semper praesupponat habitum. Rittershus. *ad §. 3. I. de vsufr.* Casp. Manzius *in Biblioth. aur. Iurid. theoret. practic. de seruitut. praed. vrban. & rustic. n. 59. ad tit. π. Q. S. A.* Licet autem nonnulli Ddres exinde inferant, quod actio personalis ad seruitutem constituendam competens, non eodem tempore amittatur, ac seruitus constituta, cum & alias omnis actio personalis 30. demum annorum praescriptione tollatur *l. 1. §. 1. Cod. d. annal. Except. l. 3. Cod. de praescript. 30. vel 40. ann.* attamen communis opinio in contrarium abit, hicque aliquid singu-

ſingulare, fauore libertatis, ſtatutum aſſerit, ita vt, ſi quis vſumfructum promiſſum intra longum tempus petere neglexerit, huic actioni perſonali, ex ſtipulatu vel ex teſtamento, pro vſufructu competenti, ſi poſtea illam in iudicium deducere velit, itidem 10. inter praeſentes, & 20. annis inter abſentes, praeſcriptum exinde dicendum ſit, quia cum, ex ipſius Imperatoris deciſione, ipſe vſusfructus non vtendo, per longum tempus, amittatur, ergo etiam actionem perſonalem eodem tempore tolli voluiſſe cenſeatur, cum ſequatur naturam ipſius vſusfructus, cuius gratia eſt introducta, & ne ille, qui actionem pro vſufructu conſtituendo habet, melioris conditionis ſit, ac is, qui vſufructu iam conſtituto vtitur, per *l pen. Cod. de Vſufr.* ibique Brunnem. & Giphanius, Struu. ex *12. th. 34.* ibique Müller *lit. d.* Harpprecht *ad* §. *3. n. 34. I. de Vſufr.* Anton. Perez. *n. 27. Cod. d. vſufr.* Caſtillo *d. vſufr.. c. 67. n. 5. & 15. cum ſeqq.* ex communi D Lauterb. *Ex. ad π. 17. concl. for. 14. & ex 18. c. f. 11.* Ioh. Verſtegen. *in obſ. Acad. forenſ. de Vſufr. obſ. 17. p. 238. & 239.* D. Böhmer. *ad π. n. 3. quib. mod. vſusfr. vel vſus amittit:* Stryk. de Act. for. Inueſt. *ſ. 3. m. 2. ax. 2. n. 4 & 5. de praeſcript. Act.* Author *theatr. ſeruitut. tit. 16.* §. *13. p. 726.* Gerard. Nood *in oper. omn. lib. 2. d. vſufr. c. 8. pag. 628.* Vti quoque, ſi vxor, poſt obitum mariti, intra legitimum tempus, dotalitium non exegerit, nec praedium, eius nomine aſſignatum, petierit, exceptione praeſcriptionis poſtmodum repellitur, Carpz. *p. 2. conſt. 44. def. 6.* Müller ad Struu. *Ex. 12. th. 34. lit. d.* Ernſt Sprenger *de dotalitio cap. 8. n. 51. & ſeqq.* Nicolaus Henelius *d. Iur. dotalitii c. 10.* §. *24. pag. 379. & ſeqq.* vbi pro praeſcriptione longi temporis pugnat, niſi quis ratione realis, pro dotalitio competentis actionis, vid. Meu. *p. 1. dec. 173.* Lauterb. Colleg. *ſſ. 45. de Iur. Dot.* praeſcriptionem actionis hypothecariae admittere velit, Laut. *Colleg.* §. *82. & ſeqq. d. pignor:* & ita explicat Colerum *in Conſ. 41.*

B 3 §. II.

§. II.

De caetero nihil refert, seruitus rustica *l. 2. & seqq. Q. S. A.* siue vrbana sit *l. 6. l. 7. l. 32. §. 1. de S. P. V. l. 18. §. f. Q. S. A.* Stryk. *de non vsu iur. quaest. cap. 2. n. 53.* continua vel discontinua *l. 7. Q. S. A. l. f. Cod. d. seru.* realis *l. 2. l. 4. cum seqq. Q. S. A. l. 13. l. f. Cod. d. seru.* vel personalis sit *l. 20. l. 25. l. 28. quib. mod. vsusfr. l. pen. Cod. de vsufr.* Besold. *Consil. 15. n. 65.* Omnes enim species per non vsum amitti possunt, ita vt ne vsusfructus quidem, quem fideicommissarius ex causa Fideicommissi sibi traditum habet, excludatur, *l. 3. si vsusfr. petat: add. l. 29. §. 2. quib. mod. vsusfr. l. 29. d. vsufr. Legat.* Manz. *in tract. d. seruitut. personal. n. 83. ad tit. quib. mod. vsusfr.* Gerard. Nood. *lib. 2. d. vsufr. cap. 8. fol. 618.* Multo magis vero haec obtinent, si non rite doceri queat seruitutis constitutio, tunc enim, pro libertate praedii, ob omissum vsum longi temporis, longe facilius iudicandum est. Brunnem. *ad l. 10. Cod. de seruitut.*

§. III.

Cum vero nulla fere regula tam firma sit, vt non patiatur exceptionem, Barbosa locupletat. *l. 16. c. 22. ax. 1.* Eapropter in iure quoque primo excipitur iter, sepulchro debitum, quod non vsu non amitti dicitur, *in l. 4. Q. S. A.* Struu. *ex. 13. th. 59.* Author theatr. seruitut. *tit. 4. §. 9. vbi* praxin *in* sepulchris hereditariis *quaerit, quibus via debetur, & vsus per longum tempus intermissus.* Ratio huius iuris ab Henrico Zoesio in *additam. ad tit. Q. S. A.* obscura depraedicatur, & non tam in fauore religionis & publica vtilitate consistit, prout post plures sentit Wissenbach *ad π. p. 1. Disp. 20. th. 26.* cum hoc modo ne remitti quidem posset, contra *l. 14. §. 1. de seruitut.* Excellentiss. Dn. D. Maier, Patronus noster colend. *in comment. ad I. pag. 411. de seruitut.* quam in eo se potius fundat, quod hoc itinere non semper, sed, non nisi sepulturae causa, raro vti

liceat,

liceat, cui rei certum tempus praescribi nequit, cum non semper adsint sepeliendi, & causa atque occasio seruitutis vsurpandae, quali casu seruitus per non vsum non amittitur, cum nihil illi imputari queat, qui aliquid facere, etiamsi vellet, non potuit, neque in non moriendo vlla negligentia fit. Brunnem. *ad l.* 1. *n.* 9 & *L.* 4. *Q. S. A.* Ioh. Verstegen *de seruitut. praed. Diss.* 3. *c.* 2. *p.* 398. Manz. *de seruitut. praed. vrb. & rustic. n.* 56. *ad tit. Q. S. A.* nisi quod Ioh. Corasius *ad l.* 14. §. 1. *de seruitut. n.* 5. *pag.* 517. Dn. a Gölniz. *in Dissert. de seruitut. praed. vrban. & rustic. th.* 48. tunc, si casus frequentiores contigerint, & multi ex familia mortui, alibi vero sepulti essent, huius iuris amissionem admittant. Secundo neque habitatio non vsu extinguitur per *l.* 10. *de vsu & habitat.* licet enim ab habitu & potentia habitandi, tanquam ius, denominetur, Müller ad Struu. *ex* 12. *th.* 62. *lit.* γ. cum tamen non tam sub nomine iuris constituatur, vt vsusfructus & vsus, quam potius, sub nomine commoditatis, vt habitet, quocunque tempore ipsi commodum sit, &, absque facto actualis habitationis, vix concipiatur *l.* 10. *de capit. minut.* proinde cum vsus nondum existat, ante actum habitationis, & dies huius habitationis, in singulos annos quodammodo relictae, cedere videatur, quoties aedium habitationem alter eligat, per non vsum minime a futura habitatione quis excluditur, cum rei non existentis nullus sit non vsus. Petez. *in Cod. n.* 37. *de vsufr. & habit.* Manz. *de seruitut. personal. tit.* 8. *de habitat. n.* 106. *vbi ex Weizeneg. aliam adhuc affert rationem,* Stryk ad Schüz. *voc. amittat. pag.* 241. Lauterb. *colleg.* π §. 12. Brunnem. *ad L.* 10. & D. Bohmer §. 4. *de vsu & habitat.* Dn. B. de Lyncker *de habitat. sect.* 8. §. 26. Author *theatr. seruitut. tit.* 18. §. 26. *pag.* 804. frustra dissentienti Vulteio *ad* §. 3. *n.* 1. *I. de vsufr. per L.* 13. *Cod. de seruitut.* cum lex generalis posterior nunquam tollat decisionem priorem casuum specialium *l.* 80. *d. R. I. c.* 29. *d.*

R. I.

R. I. in 6to l. 3. Cod. de silent. D. Lauterb. *Ex. 1. concl. For.* 7. Brunnem. *ad l. 10. de vsu & habitat. & l. 3. n. 5. Cond. de silent.*

§. IV.

Tertio operae seruorum itidem non vsu non exspirant, sed semper in futurum exigi possunt, etiamsi ad tempus fuerint intermissae *per l. 2. de oper. seru. & de vsu & vsufr. legat.* quia in actu consistunt, & antea non sunt in rerum natura, quam indicuntur & praestantur *l. 9. l. 22. de Oper. Libert. l. 7. de Vsufr. Leg.* quod autem non est, non vtendo perire nequit, *l. 26. de vsu & vsufr. Leg.* cum priuatio praesupponat habitum, Wesembec. & D. Boehmer *n. 4. de Oper. Seru.* Bachou. ad Treutl. *in addit ad vol. 1. Disp. 16. th. fin. lit. D.* Stryk ad Schüz. *voc. finitur pag. 239.* Manz. *d. Seruit. person. tit. 7. n. 14. & seqq. d. Oper. Seru. vbi n. 16.* hanc rationem ex Weizeneggero addit, quia operae in solo actu serui consistunt, hincque ius operarum tamdiu manere dicit, quamdiu seruus operari potens est. Id quod Ddres ad operas rusticorum, Frohndienste, extendere non dubitant. Cum in mera ac libera facultate Domini sit positum, an operas exigere uelit, nec ne, vel potius quia illae itidem non debentur, nisi exactae sint. Stryk. *in Diss. de non vsu iur. quaes. c. 2. n. 35. & seqq.* D. Grolmann *p. 2. Tractat. de oper. debit. mutat. cap. 4. §. 42.* post Brunnem. Manz. Klock. Meuius *p. 4. dec. 131. n. 4.* Goswin. ab Esbach *ad Cz. p. 2. c. 4. def. 1. n. 4.* Andr. Oekel. *de praescript. immemor. c. 2. th. 18. & c. 7. th. 16.* maxime cum dominus operis necesse non habuerit Lyncker *Cent. 3. dec. 278. & cent. 10. dec. 961.* nisi Dominus illas exegerit, & rustici contradixerint, dominus vero in illa protestatione acquieuerit, tunc enim ius operarum praescriptione longissimi temporis amissum pronunciant, *per l. 22. §. 1. Cod. d. agricol. & censit. l 4. Cod. de praescript. 30. vel 40. annor.* Author *theatr. seruitut. tit. 20. §. 65.* Philip. Knipschild. *d. iur. ac*

iur. ac privileg. nobilitat. & *ord. Equestr. S. R. I. Liberi* & *Immed. Lib. 3. c. 21. n. 162.* & *seqq.* Lauterb. *Colleg. §. fin. d. Oper. Libert.* Dn. Baro Lyncker *c. 1. Resol. 36. v.* D. Grolmanni *Tractat. p. 2. de operar. debitar. mutat. Cap. 4. §. 43.* sic quarto quasi Vsusfructus & vsus rei fungibilis *L. 5. §. 2. l. 10. §. 1. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consumunt.* per non vsum non interit, quia dominium cum possessione ad fructuarium deuoluitur *§. 2. I. d. vsufruct. ibique Vinn. l. 5. §. 1.* & *2. l. 7. d. vsufr. ear. rer.* D. Bardili *in Disp. de nuda propriet. th. 19.* neque Dominus non vtendo rem suam amittere potest, sed potius continue illam possidendo, vti semper intelligitur. Wesemb. *n. 4.* & Brunn. *ad l. 9. n. 2. vsufr. ear. rer.* Manz. *d. seruit. person. tit. 5. n. 11.* & *12.* & in *l. 9. de vsufr. ear. rer.* insuper deciditur, quod per mortem & capitis diminutionem solum finiatur, Stryk *d. non vsu iur. quaest. c. 2. n. 59.* Müller ad Struu. *Ex. 12 th. 41. lit. a.* Author *theatr. seruit. tit. 16. §. 12.* Quinto excipiunt viam publicam, quam populus non vtendo non amittit, quia est res merae facultatis, per viam publicam incedere nec ne *l. 2. de via publ.* Struu. *ex 13. th. 60.* ibique Müller *l. c.* Brunn. *ad l. 2. n. 2. Q. S. A.* B. D. Harpprecht *in tract. d. praescript. immunitatis a collectis c. 2. th.* 4. Manz. *d. seruit. praed. vrb.* & *rust. n. 57. ad tit. π. Q. S. A.* Verstegen *d. seruit. real. Dist. 3. §. 52.*

§. V.

Et denique sexto vsumfructum alternis annis constitutum ab obiecto huius praescriptionis extinctiuae exclu dunt per *L. 1. §. fin. L. 2. §. 1. l. 28. quibus mod. vsufr. vel vsus amitt.* ibique Brunnem. *l. 13. de vsufr. Legat. l. 11. de ann. Leg.* quia instar annui legati plures sunt vsusfructus, & plura legata annis singulis de nouo cedentia, ita vt tot sint legata vsusfructus, quot anni, & tot igitur etiam praescriptiones *l. 4. l. 11. l. 15. d. ann. Leg.* Vnde,

de, etsi prioribus annis quis vsufructu vsus non sit; postea tamen, cessante impedimento, iterum vti non prohibetur in futurum, amissis tantum fructibus annorum, a quibus legitimum tempus elapsum, cum per non vsum, futuro vsufructui nondum existenti, neque praeiudicari, neque 10. vel 20. annis tale ius neglectum dici possit, cuius tanquam annui dies hoc demum anno cedit. C. I. A. *lib. 7. t. 4. n. 8. & 10.* Castillo *de vsufr. cap. 67. n. 30. & seqq.* Borgninus Caualcanus *de vsufr. mulieri relicto, sect. 3. n. 30. pag. 382.* Brunnem. *ad l. 29. quib. mod. vsufr. & l. f. n. 14. Cod. de seruitut.* Zoes. *n. 18.* Manz. *d. seruitut. person. n. 86. & 87.* Ioh. Voet. *§. 6. ad tit. π, quib. mod. vsusfr. vel vsus amitt.* qui tres hanc iuris dispositionem ad illum casum, si singulis annis, mensibus & diebus vsusfructus legatus, extendere non dubitant, per *l. 2. §. 1. quib. mod. vsusfr. l. 11. d. ann. Leg.* Vlricus Huberus *ad π. §. 3. quib. mod. vsusfruct.* Ioh. Verstegen. *d. vsufr. obs. 17. pag. 237.* Stryk. *d. non vsu iur. quaest. c. 2. n. 58. & seqq.* Author *theatr. seruit. tit. 16. §. 12.* Ioh. Nicol. Hertius *in comment. atque opuscul. vol. 2. tom. 3. Disp. d. praescript. iur. per. temp. interuella renascent. sect. 1. §. 12.* Addantur, quae passim de praescriptione annuae praestationis docent Interpretes ex *l. 7. §. f. Cod. d. praescript. 30. vel 40. ann. cap. 20. x. d. censibus c. 18. x. de relig. Dom.* quod nimirum singulis annis vna nascatur actio & cuiusque anni propria sit praescriptio, adeo vt quot anni, tot sint praescriptiones, neque obligationibus in diem vel sub conditione praescribi possit, nisi dies venerit, vel conditio extiterit, *l. 1. §. f. Cod. d. ann. except.* quamuis hanc controuersiam nostram iam non facimus, sed de illa legi possunt Gail. *l. 2. obs. 73. n. 1.* Mynsinger *c. 3. obs. 13.* ibique Fabricius, Brunn. *ad l. 8. Cod. de praescript. 30. vel 40. ann.* Stryk *de Act. For. Inu. sect. 3. m. 1. ax. 4. d. praescript. act. & in Vsu Moderno π.*

§. 3.

§. 3. d. ann. leg. Huberus *ad π. §. 3.* & Boehmer *n. 2. d. ann. legat.* Goswinus ab Esbach ad Carpz. *p. 2. C. 2. def. 1. n. 3.* post plures B. D. Frommann *in Diss. d. annis redit. th. 45.* & B. D. Harpprecht *de praescript. immunit. a collect. c. 2. th. 7. & D. d. tacito pacto maior. vsurarum remiss. ex solut. min. praesumto th. 38.* D. Hertius *in laud. Diss. s. 1. pag. 313. & seqq.* qui *s. 1. §. 11. pag. 322.* ex Henelio de dotalitio *cap. 10. §. 24. pag. 379. & seqq.* exinde porro deducit, quod si, pro dotalitio, certa quantitas annua in pecunia vel frumento & alia re simili consistens, exigi possit, nec huic iuri per non vsum in futurum praescribi queat.

CAP. III.

SVMMARIA.

§. 1. I. Requisitum est non vsus, quid sit, & quomodo per alios seruitus retineatur? §. 2. etiam donatarium, conductorem, & emtorem extraneum, pretium vel locarium soluentem, §. 3. nec non socium, per casus varios, naturalem fluxum & permutationem aquae &c. §. 4. explicat non vsum per modum exemplis, §. 5. plus tamen & scienter minus vtendo retinetur seruitus tota, vbi plura de partis vsu, §. 6. & non vsus quoque est, si non vt seruitute quis vtatur, §. 7. II. Non vsus debet esse voluntarius & culposus, hinc pupilli, minoris, meriti, proprietarii & vasalli vix sufficit. §. 8. An procuratoris & officialis §. 9. & impedimentum vt defectus aquar. inundatio bellum, pestis, incendium, §. 10. deiectio, ruina aedium etiam excusant, vbi de negligentiae probatione simul agitur & cautela reuersalium & protestationum commendatur. §. 11. III. Non vsus debet continuatus esse per longum tempus, licet vsusfr. paternus, maternus & rei mobilis sit. §. 12. in discontinuis vero S. tempus praesentiae duplicatur. §. 13. & demonstratur in variis speciebus, §. 14. an ignoranti currat, & temporum coniunctio locum habeat. §. 15. IV. in urbanis S. libertatis praescriptio necessaria est §. 16. rationem differentiae explicat, §. 17. an titulus? §. 18. an bona fides? §. 19. maxime iure Canonico requiratur.

§. I.

Vt vero praescriptio seruitutum extinctiua locum habere queat, quatuor requisita, ex Definitione fluentia, sunt

necessaria. Et quidem I. vt quis neque per se, neque per alios seruitute vsus sit, vel non eo modo, quo seruitus est constituta. II. vt ille non vsus, vel non legitimus, vsus sit voluntarius, & cum aliqua negligentia coniunctus, & III. legitimo tempore continuatus, tandem insuper IV. ratione seruitutum vrbanarum, libertatis praescriptio accedat. Primo igitur non vsus requiritur & dici absque dubio ita meretur, si quis omnino non, neque per se, neque per alios, seruitute, tanquam debita, vtatur, Brunn. *ad l. 2. n. 1. Q. S. A.* siue deinde municipes sint *l. 66. §. fin. leg.* 2. siue per aduersarium steterit, quo minus quis debita seruitute vsus sit, *l. 8. §. 4. si seruit. vind. l. 15. §. 8. quod vi aut clam* C. I. A. *lib. 8. tit. 6. n. 3.* vt si v. g. vi metuque deiectus *l. 9. §. fin. l. 10. d. vi ac vi arm. l. 4. §. 27. d. vsurp & vsucap.* ibique Brunnem. *n. 16 l. 1. §. 9. d itin. act. priuat. l. 9 §. pen. q. m. c.* Ioh. Voetius *ʃʃ. 4. ad tit. π. quib. mod. vsusfruct. vel vsus amitt.* perinde est, & vbique seruitus amittitur vid. *ʃʃ. 10.* Idem est, si creditor seruitutibus fundo oppignorato debitis non vtatur. *l. 15. de pign. act.* ibique Brunnem. *n. 3.* vel donator *l. 40. de vsufr.* & qui precario rogauit illas. *l. 8. §. 5. de precar.* Bocerus *Class 5. Disp 8 ʃʃ. 73.* vel fructuarius *l. 15. § f. d. vsufr.* vsum omisit. Recte vero e contra retinetur seruitus, per colonum, vsufructuarium, mercenarium, hospitem, medicum, *l. 12. l 20. cum seqq. Q S. A.* ibique Brunn. & *ad l. 10.* Manz. *d. seruitut. real. n 60 Q. S. A.* Stryk *d. non vsu iur. quaest. c. 2. n. 54 & c. 4. n. 7 & seqq.* Vxorem, Ioh. Voet § 7 *quibus mod. vsusfr.* maritum, familiam, *l. 22. quib. mod. vsusfr. l. f. Cod. d. seruitut.* Manz *d. seruit. person. n. 85 vsufr. quemad. cav.* socium, *l. 5. Q S. A.* Struv. *Ex. 13. th. 59* ibique Müller, Brunnemann. *ad l. 2 n. 1. & l. 10. n. 1. Q S. A.* procuratorem, *l. 3. §. 7. d itin. act. priu.* Ioh. Voet. *§ 9. Q. S. A.* negotiorum gestorem *l. 12. §. 2. de vsufr.* C. I. A. *§. 1. Q S. A.* Müller ad Struv. *Ex. 13. th. 59. lit. d.* Author *theatr. seruit. tit. 16. §. 12.* Gerard. Nood. *de vsufr.*

jusfr lib. 2. c. 8. pag. 617. qui ad tempus ratihabitionis, a domino factae hoc restringit, Donatorem *l. 12. §. 2. l. 38. l. 40. d. vsufr.* Vinn *ad §. 3. n. 2. I. d. vsufr.* bonae vel malae fidei possessorem & praedonem, si nimirum ciuitas a tyranno occupata, Brunn. *ad l. 12. Q. S. A.* vel quis precario, aut vi deiecto domino possidet, *l. 5. l. 12. l. 25. Q. S. A.* Zoes. *n. 10.* Manz. *de seruitut. P. V. & R. n. 61. & 62 ad tit. π. Q. S. A.* Verstegen *in obs. Academ. forens. de vsufr. obs. 17. pag. 392.* Author *theatr. seruit. obs. 22. ad tit. 4. pag. 121.* vel quamcunque tandem personam liberam vel seruam, *l. 22. Q. S. A. l. 1. §. 7. d. itin. act. priu.* vbi ampliatur, licet quis ignorauerit, cuius fundus esset, per quem itur. Franz. *ad π. n. 30.* & Manz. *d. seruit. praed. Vrban. & rustic. num. 62 Q. S. A.* Verstegen *de seruitut. praed. Dissert. 3. n. 44. fol. 392.* si quis nimirum per tales personas seruitute vtatur, vel vsus sit, vel si vsufructuarius alteri facultatem re vsufructuaria vtendi, fruendi, siue exercitium vsusfructus concesserit, locauerit, vel vendiderit, vel negotiorum gestor vsufructuarii nomine locauerit, *l. 12. §. 2. l. 38. de vsufruct. l. 3. §. 4 & de itin. act. priu.* Perez. *n. 26. Cod. de vsufr. & habitat.* Zoes. *n. 16. quib. mod. vsusfr.* Harpprecht *ad §. 3. I. n. 25. de vsufr.* Satis enim est, ad retinendam seruitutem, per alium quemcunque, illa vti, fundum coli, nomine nostro; & quod v. g. fundi nomine itum sit, iuste vel iniuste, vel per quam personam hoc factum sit, nihil refert, arg. *l. 5. l. 6. Q. S. A.* Author *theatr. Seru. tit. 4 §. 6.* & qui per alium possidet & vtitur, ipse possidere & vti intelligitur *c. 9. X. d. restit. spoliat. l. 5 §. 3. d. administrat. tut.* Stryk *d. non vsu iur. quaes. c. 4. n. 7.*

§. II.

In eo tamen se exerit differentia, quod si donatarius re vsufructuaria non vtatur, vsusfructus pro amisso habeatur, quia tunc nihil subest, propter quod vsufructuariu-

 posset

posset dici, vti re sua; licet vero e contra emtor & conductor, vel si is, cui venditus vel locatus vsusfructus, vel potius eius exercitium est, eum iterum alii vendat vel locet *l. 30. §. fin. de acquir. vel amitt. possess.* re vsufructuaria non vtatur, nihilominus vsusfruct. per tales venditores & conductores retineatur, quia, qui pretio aut mercede fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re vtitur fruitur. *l. 35. §. 1. l. 38. & seqq. de vsufr. l. 29. quib. mod. vsusfr.* Rittershus. & Vinn. *ad §. 3. n. 2. I. de vsufr.* Dn. D. Maier *ad l. pag. 425. d. vsufr.* Ioh. Verstegen *in obs. Acad. forens. de vsufr. obs. 17. pag. 237.* Auth. *tb. ser. tit. 16. §. 12.* Io. Voet. *§. 7. quib. mod. vsusfr. vbi* generaliter dicta *in l. 12. §. 2 d. vsufr.* ita restringenda docet, & ad obiectionem, quod donator, donatarium ad antidora etiam obligatum, sicque debitorem, habeat, per *l. 54. §. 1. de furt.* respondet ex *l. 25. §. 11. de haered. petit.* Gerard. Nood. *in oper. omn. lib. 2. c. 8. de vsufr. pag. 617.* adde, quod, si conductor & colonus rem conductoris, a tertio praescribi patiatur, illa praescriptio locatori minime neceát & praeiudicet, ex doctrina Carpz. *p. 2. dec. 115.* vbi praeiudicium exhibet Brunn. *ad l. 35. n. 6. d. S. P. R. & cent. 5. dec. 80. in fine.* Quod si tamen non extraneo, sed ipsi proprietario vsusfructus, eo quo potest, modo locatus sit, eumque proprietarius postea, suo nomine, vendiderit vel locauerit, tunc sane, licet proprietarius fructuario soluat pensionem, nihilominus vsusfructus amissus dicitur in *l. 29. quib. mod. vsusfr.* quia emtor & colonus non vsufructuarii, sed suo nomine, illa re fruitus est, quamuis proprietarius ex locato teneatur, quanti mea interfuit, id factum non esse, Perez. *n. 26. Cod. de vsufr.* Zoes. *n. 17. quib. mod. vsufr.* vbi late in rationem differentiae inquirit, Ioh. Voet. *ad eundem tit. n. §. 7.* Gerard. Nood. *dict. pag. 617.* Aliter explicat hunc textum Vinn. *ad. §. 3. n. 4. I. de vsufr.* & Brunn. *ad d. l. 29.* dicit, quod ratio huius legis scrupulosior sit, & ipsi videatur derogatum per *l. f. Cod. d. acquir.*

vel

vel amitt. possess. eiusque rationem aequam, quod nostrum, sine facto nostro, ad alium transferri nequeat.

§. III.

Illud quoque, quod supra diximus, per socii vsum retineri seruitutem, ita est declarandum, vt tunc demum locum habeat, si vni eidemque fundo, plurium communi, seruitus debeatur, hoc enim in casu, quia vnica & indiuidua censetur seruitus, tota quoque, per vsum vnius socii, retinetur, *l. 5. commun. praed. l. 5. l. 6. §. 1. l. 16. Q. S. A.* Coepoll. *d. seruitut. cap. 24. n. 10.* Struu. *Ex. 13. th. 59.* ex Surd. *dec. 231. n. 25.* Barthius *de iur. pascend. c. 4. §. 1.* secus vero est, si plures habeant seruitutem in vno loco, v. g. ius aquam ducendi per eundem riuum, ad plura praedia propria, nec communia, licet per fundum communem, quia enim ita plures sunt seruitutes, recte illius seruitus, qui longo tempore non duxit, dicitur amissa, nec per ceteros, qui duxerunt, retinetur, *d. l. 16.* Manz. *d. seruit. praed. vrb. & rust. n. 68. & 71. ad tit. π. Q. S. A.* vel si fundus dominans regionibus diuisus esset, quia hoc in casu perinde est, atque si ab initio duobus fundis seruitus constituta esset. *l. 6. §. 1. Q. S. A.* Manz. *d. l. n. 65. & 71.* Author *Theatr. seruit. tit. 4. §. 6.* vel nisi pluribus sociis diuerso tempore & loco seruitus constituta esset, tunc enim diuersum & proprium ius quilibet habet, hincque, si vnus seruitute sibi debita vsus fuerit, propterea alterius ius, quod vsurpari ab eo non potuit, non censetur retentum Struu. *Ex. 13. th. 59.* ibique Müller *lit. θ.* Manz. *n. 66. ad tit. π. Q. S. A.* Sin vero fundus seruiens ita diuisus varie distinguit *l. 6. §. 1. Q. S. A.* & explicant textum C. I. A. Zas. *pr.* & Ioh. Voet. *ad π. §. 10. Q. S. A.* Bachov. ad Tr. *vol. 1. D. 17. th. 18. & in addit.* Manz. *n. 72. & 73. ad tit. Q. S. A.* ad quos Autores B. L. remittimus. Imo si aqua per riuum suum sponte fluxit, etiamsi aqua non sit vsus, ius aquae ducendae retinetur, quia per aquam naturaliter currentem, fundus,

ex

ex ſe, & absque facto hominis, retinet ius ſeruitutis quaeſitum & iam formatum. *l. 12. Q. S. A. l.* 1. *ʃ. 21. d. aqu. quotid.* C. I. A. *n.* 11. Zaſius *n.* 2. Manz. *n. 58.* & Ioh. Voet. *§. 9. ad tit. π. Q. S. A.* Struu. *Ex. 13. th. 59.* vel ipſo quoque facto, ſi quis nempe ad vſum poſitum habet id, in quo verſatur poſſeſſio *l. 20. de S. P. V.* C. I. A. *lib. 8. t. 6.* Et licet aqua ſaltem in partem aquagii influxerit, nec ad vltima loca penetrauerit, omnibus tamen partibus vſurpatur & tota retinetur ſeruitus *l. 9. Q. S. A.* Struu. *ex 13. th. 59.* Manz. *d. ſeru. praed. vrb. & ruſt. n. 69. ad tit. π. Q. S. A.* Author *theatr. ſeru. tit. 4. §. 9.* vel ager ſterilis nullos ferat fructus *l. 12. §. 3. de vſufr.* Ioh. Voet. §. 7. *quib mod. vſusfr.* Denique ſi duobus diuerſo tempore aqua ſit permiſſa, illique horas inter ſe permutauerint, non amittunt ſeruitutem, etiamſi vltra definitum tempus aquas ita duxiſſent, & neuter eorum ſuo tempore vſus eſſet, quia alter pro altero vti videtur, neque ſeruitus expirat, ſi alius, quicunque ſeruitute tanquam fundo debita vtatur *l. 5. ʃ. 1. de aqua quotid.* Wiſſenbach. *ad π. p.* 1. *Diſſ 20 th. 28.* Struu. *Ex. 13. th. 59.* C. I. A. *lib. 8. t. 6. n.* 2. Manz. *d. S. P. V. & R. num. 46.* & Ioh. Voet. *§. 9. ad tit. π. Q. S. A.* Verſtegen *de ſeruit. praed. Diſſ. 3. n. 44. pag. 393.*

§. IV.

Non vſus non ſaltem in eo ſe exerit, ſi quis plane non vtatur, ſed ille quoque non vti videtur, qui non ex praeſcripto, & illo modo, quo conſtituta eſt, ſeruitute vtatur, ſicque ob modum a conſtituente praeſcriptum non obſeruatum, legitimo tempore, perdit ius ſeruitutis, *ʃ. 3. I. d. ſeruit. l. 10. §. 1. ibi: per conſtitutum ad amiſſionem tempus Q. S. A. l.* 1. *§. 6. de itin. act. priu. l. 2. d. aqu. quotid.* Ioh. Voet. *ʃ. 9. Q. S. A.* Nood. *d. vſufr. l. 2. c. 9. fol. 619. & ſeqq. vbi pag. 622. ex l.* 10. *§. 1. quemad. ſeru. amitt. legem 18. aliasque explicandas eſſe docet.* Paria enim ſunt in iure, plane non vti, vel non vti, debito modo arg. *l. 2. d. autor.*

tut.

tut. l. 6. qui satisd. cogant. & perinde habetur, qui contra modum praescriptum vtitur, & ad suum modum non est vsus ac si omnino non vsus fuisset. Frantz *n. 5.* Zoes. *n.* 17. *ad tit. π. quib. mod. vsusfr.* Author *theatr. seruitut. tit. 4. §. 6.* Vtitur enim tunc quidem iure seruitutis, sed non constituta seruitute, Vinn. *ad §. f. n. 6. I. de seruitut.* Dn.D. Maier *ad I. d. vsufr. pag. 411.* v. gr. si nocturnæ aquae seruitus alicui concessa, & ille diurna aqua vsus est, *l. 10. §. 1. Q. S. A.* Zoes. *n. 10.* Huberus *§. 8.* & Manz. *n. 44. ad tit. π. Q. S. A.* vel si certa hora seruitute aquae ductus vti debet, & ille alio plane tempore vtitur *d. l. 10. §. 1. l. 2 de aqu. quotid.* Frantz. *n. 30. quib. mod. vsusfr.* Mart. Pegius *de seruitut. lib. 1. cap. fin.* Pruckmann. *Vol. 1. Cons. 14. n. 64.* Wissenb. *ad π. p. 1. D. 20. th. 28.* Author *theatr. seruit. tit. 4. §. 6.* vel si vsusfructus aedium hoc modo legatus, vt aestate habitaret, isque habitauerit hyeme, vel si syluae vsusfructus legatus, vt certo tempore & modo Syluam caederet, & alio modo & tempore caeciderit. Vinn. *n 2.* & Harppr. *n. 22. ad §. 3. I. de vsufruct.* Manz. *d. seruit. person. n. 80. quib. mod. vsufr.* Ioh. Verstegen *de vsufr. obs. 17. pag. 233.* Author *Theatr. Seruit. tit. 16. §. 12.* Item, qui actum habet, vt certo genere vehiculi vtatur, alio genere vsus est, *l. 11. Q. S. A.* Coepolla *de seruitut. c. 24. n. 7.* Huberus *§. 8.* & Manzius *n. 47. ad tit. π. quemad. seru. amitt.* Author *theatr. seruit. tit. 4. §. 6.* vel si conuentum, ne faciem mutet fundi, nec ex pascuo aruum faciat vel contra, Huberus in *praelect. I. Ciu. n. 1. ad I. de vsufr.* Similiter si alia plane aqua vsus est, in seruitute aquaeductus *l. 11. l. 18. Q. S. A.* Vinn. *ad §. 3. n. 2. I. d. vsufruct.* Brunn. *l. 1. n. 10. & l. 10. n. 19. & seqq. Q. S. A. & l. pen. n. 5. Cod. de seruit.* Manz. *n. 43. ad tit. π. Q. S. A.* Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 2. n. 54.* vel denique si seruitutem oues pascendi habet, & boues vel alia pecora ibi pauerit, Pegius *de seruit. lib. 3. pag. 117.* Brunn. *l. pen. n. 5. Cod. de seruit. & l. 10. n. 22. Q. S. A.* Frid. Prukm. *vol. 1. C. 14. n. 64. & 144.* D. Lauterb.

terb. *Ex. ad π. 18. concl. for. 19. lit. b.* Verſtegen *de ſeruit. praed. Diſſ. 3. n. 45. pag. 393.* Author *Theatr. Seru. tit. 4. §. 6. & 9.* Sane in hiſce omnibus & ſimilibus caſibus ſeruitus, ſi quis illa conſtituta ſecundum modum praeſcriptum per legitimum tempus non vſus ſit, amiſſa dicenda eſt.

§. V.

Diuerſum obtinet ſi quis non tam aliud quam plus egiſſe videatur, & plus iuris exerceat quam habet; eo ipſo enim conſeruat ſibi ius competens, cum ille qui facit plus quam debet, dicitur multo magis facere quod tenetur. Hincque, qui plus facit oneris, quam licuerit, ſi latiore itinere vtitur, aut aquae conceſſae admiſcet aliam, ita, vt in fundum ſeruientem aqua vberior decurrat, potius magis & plus, quam aliud feciſſe dicitur, nec perdit ſeruitutem, *l. 11. Q. S. A. l. 9. § 1. ſi ſeru. vind. l. 1. §. 18. de aqu. quotid.* Coepolla *de ſeruit. c. 24. n. 7.* Struu. *ex. 13. th. 59.* Pegius *de ſeruit. lib. 1. c. fin.* Müller ad Struu. *ex. 13. th. 57. lit. ι.* Manz. *de ſeruitut. P. Vrb. & Ruſt. num. 43. & 49.* & Ioh. Voet. §. *12. ad tit. π. quem ſeruit. amitt.* Vti quoque qui ſeruitutem 50. oues paſcendi habet, & ampliori numero vſus, v. gr. 150. vel 50. oues & 20. boues in fundum ſeruientem paſcendi gratia egerit, recte retinet ſeruitutem Brunn. *ad l. pen. 5. Cod. de ſeruit. & l. 10. n. 22. & 23. Q. S. A.* Pegius *de ſeruit. l. 1. c. fin. pag. 22.* Pruckm. *vol. 1. C. 24. n. 145. cum ſeqq.* Lauterb. *Ex. 18. c. f. 19.* Manz. *n. 49. &* Huberus *§. 8. ad tit. π. Q. S. A.* Author *Theatr. Seru. tit. 4. §. 6. & 9.* Interdum etiam qui minus vtitur, retinet totum ius ſuum, illo nimirum caſu, ſi vſufructuarius ſciens prudens, ſibi vſumfructum competere, ſaltem illa re vtatur, tunc ſane propter hanc ſcientiam totum vſumfructum ſibi conſeruat, & partis vſus perinde habetur, ac ſi toto vſus fuiſſet, *l. 2. l. 8. §. 1. l. 9 Q. S. A. l. 20. quib. mod. vſusfr. arg. l. 4. Cod. de non numerat. pecun.* Quod ſi vero vſufructuarius in illa opinio-

opinione haereat, ſibi ſolum vſum eſſe relictum, ſicque ignoret, vſumfructum ſibi legatum eſſe, tunc amittit vſumfructum & opinio ipſi nocet, quia facit deeſſe animum fruendi, non enim ex eo, quod habet vtitur, ſed ex eo, quod putauit ſe habere, ſunt verba *d. l. 20.* ibi Brunn. C. I. A. *n. 9. & 10. lib. 7. tit. 4.* Zoeſ. *n.* 17. Manz *de ſeruit. perſ. n. 87.* Lauterb. Colleg. *ʃʃ. 5. ad tit. π. quib. mod. vſusfr.* Brunnemann. *ad l.* 1. *n. 4. Q. S. A.* Vinn. *ad* §. *3. n.* 2. *I. de vſufr.* Barthius *in Diſp. de iur. paſcend. c. 4.* §. 1. Müller ad Struu. *Ex.* 12. *th. 34. lit.* β. Verſtegen *de vſufruct. obſeru.* 17. *pag.* 237. Author *Theatr. Seruitut. tit.* 16. §. 12. *pag.* 724. Stryk *de non vſu iur. quaeſ. c. 3. n. 39.* Ioh. Voet. *ʃʃ. 6. quib. mod. vſusfr. v. vſus amitt.* Ex hoc principio infert D. Stryk *in proxime alleg. Diſp. c. 3. n. 41. & ſeqq.* quod ille, qui hactenus ſaltem lepores, apros & capreolos ceperit, iure vero capiendi ceruos non fuerit vſus, nihilominus quoque per actum ad inferiorem venationem pertinentem, totum ius venandi retinere poſſit, modo ſciat, ſibi ius venandi etiam maiores beſtias competere, & non permittat alteri huius venationis vſum, cum fauorabilis ſit conſeruatio iuris, hincque interpretatione adiuuanda mitiori. Longe enim alia ratio eſt acquirendi, quam conſeruandi iuris, illa enim in alieno odioſa eſt, & hinc benigna interpretatione non adiuuanda, haec vero fauorabilis arg. *ʃʃ. 18. I. de legat. l. 22. leg.* 1. *l.* 7. §. *fin. quod cuiusque vniuerſ. nom.* & ſi pro parte quis vſus ſit itinere vel anguſtiore via *l. 9.* §. *f. ſi ſeruit. vind.* vel aquam non ad omnes fundi partes & ad quas illam ducere poterat duxerit, Ioh. Voet. §. 12. *Q. S. A.* vel ſi ſeruitus itineris per plures fundos impoſita, & per vnum quis iuerit, per alterum non, tunc nihilominus tota retinetur ſeruitus, cum ſeruitutes reales ſint indiuiduae *l.* 17. *de ſeruitut. l.* 1. §. *9. ad l. Falcid. l. 72. d. V. O. l. 25.* §. *9. fam. hercif l. 4.* §. *4. ſi ſeruit. vind.* Berlich. *dec. 180. n.* 7. Vinn. *l.* 1. *q. 28.* Ritterſhuſ. *ad* §. *3. I. de vſufr.* & hic

vna adſit ſeruitus *l. 18. de S. P. R. l. 8. ∬. 1.* Q. *S. A.* nam numero fundorum ſeruientium ſeruitus non multiplicatur, ſed pluralitate dominantium praeſertim accedente pluralitate perſonarum, quibus ſeruitus debetur, *l. 32. de S. P. V.* Struu. *ex. 13. th. 59.* Coepoll. *de ſeruit. c. 3. n. 7. & ſeqq.* Wiſſenbach. *ad π. p. 1. D. 20. th. 17.* Manz. *lib. 8. tit. 6. n. 67. 69. & 70. Q. S. A.* Verſtegen. *de ſeruit. praed. diſſ. 3. n. 10. pag. 319. & 320.* Author *theatr. ſeru. tit. 4. ∬. 6. & 9.* Brunnem. *ad l. 2. n. 4. Q. S. A.* Sic qui ſeruitutem itineris & actus, habet, ſi ſtatuto tempore iuerit tantum ſolus, ſine iumento, actum itidem retinet, per *l. 8 §. 1. de ſeruit. l. 30. ∬. 1. de S. P. V. l. 18. de S. P. R. l. 2. Q. S. A* ex Cuiacio & Donello Brunnem. *ad l. 2. n. 4. Q. S. A.* Author *theatr. ſeruit. ad tit. 4. obſ. 22.* cum iter per totum actum diffuſum eique interpretatione iuris inſit. vid. C. l. A. §. 4 *Q. S. A.* & ille qui pro parte vtitur, non habeatur pro non vtente. Müller ad Struu. *ex. 13. th. 59. lit. a.* Manz. *de ſeru. praed. V. & R. n. 74. Q. S. A.* modo ſciuerit actum & pleniorem ſeruitutem ſibi competere, Faber *ad l. 2. Q. S. A.* Vdalricus Zaſius *n. 1.* &. Lauterb. Colleg. *π.* §. *5. Q. S. A.* Stryk *de non vſu iur. quaeſ. c. 3. n. 40.* Quod ſi tamen vſufructuarius quibusdam duntaxat bonis non vtatur fruatur, in reliquis ſane bonis non amittit vſumfructum, cum vſusfructus, ratione rei, ſit diuiſibilis, *l. 1. §. 9. ad l. Falcid.* & hinc pro parte diuiſa & in diuiſa amitti poteſt *l. 5. de vſufruct. l. 14. l. 25. quib. mod. vſusfruct.* Vinn. *ad ∬. 3. I. n. 2. de vſufr.* Caſtillo *de. vſufr. c. 67. n. 24.* Lauterb. Colleg. *∬. 6. &* Manz. *de ſeruit. perſonal. n. 82. ad tit. π. quib. mod. vſusfr.* neque refert, ſiue vſusfructus paternus Autor *theatr. ſeruit. tit. 16. §. 12. pag. 725.* B. D. Lauterb. *Diſp. de vſufruct. pater. th. 39.* ſiue maternus ſit, B. Dn. D. Harpprecht, *in Diſp. de impedim. vſusfruct. ſtatut. matern. modisque eundem conſtitutum ſoluendi th. 38.*

§. VI.

§. VI.

Non vti quoque dicitur, qui non iure, siue ratione & contemplatione seruitutis sibi constitutae vtitur, veluti cum quis habet iter per fundum Titianum & illum transeat quasi viam publicam vel pro alterius seruitute vtatur *l. 1. ff. 6. de itin. & act. priu. l. f. Q. S. A.* quia seruitute vsus non videtur, nisi is qui iure suo vti se credidit, & vsus dici nequit, nisi qui tanquam iure suo, suaque seruitute vti se credit, non, qui pro via publica aut alieno iure vtitur, Struu. *Ex. 13. th. 57.* Frantz. *n. 30. quib. mod. vsusfr.* Manz. *de seruit. praed. vrb. & rust. n. 41. pag. 292. Q. S. A.* Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 2. n. 54.* Ioh. Verstegen *de seruit. praed. pag. 393.* Author *theatr. seruit. tit. 4. §. 6.* vel si praecario seruitute vtatur Brunn. *ad l. 1. n. 2. Q. S. A.* vel si pascat pecora, tanquam iure communitatis, in pascuis publicis, Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 57. lit. δ.*

§. VII.

Non vero sufficit solus non vsus, sed secundo, cum aliqua singulari negligentia, ex qua tacita resultat renunciatio, coniunctus esse debet per *l. fin. ibi: tunc eam penitus amitti 20. annorum* desidia *Cod. de seruit. l. 35. ibi: vt quod ius* non negligentia aut culpa *sua amiserunt, sed quia ducere non poterant, his restituetur de S. P. R.* Frantz. *n. 4. quib. mod. vsufruct. & num. 29. Q. S. A.* Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 2. n. 53. & c. 3. n. 2.* Author *Th. seruit. tit. 4. §. 6. & tit. 10. §. 91.* Ideo pupillus, quia nihil alienare, neque seruitutem expresse remittere potest, ob ob talem non vsum voluntarium & culposum, non amittit seruitutem, vid. Vdalricum Zasium *l. 2. Consil. 6 in f.* vbi de iure venandi ita respondet, in tantum, vt si maior communem fundum cum pupillo possideret, & vterque non vteretur, tunc alter quoque propter pupillum viam retinet, quia res pupilli vsucapi nequit *l. 48. de acquir.*

 rer.

ver. domin. late B. Dn. D. Harpprecht *in Resp. 83. num. 531. & seqq.* L. B. de Lyncker. *Resp. 32. n. 35.* & quia in indiuiduis, qualis regulariter est seruitus Lauterb. Colleg. §. 17. *de seruit.* etiam maior propter minorem iuuatur, & beneficiis pupillorum particeps fit *l. 10. Q. S. A.* ibique Brunnem. *l. vn. Cod. si in communi & eadem causa* Struu. *Ex. 8. th. 79. & ex. 13. th. 60.* ibique Müller *lit. α. & β.* C. I. A. *lib. 8. tit. 6. n. 11.* Brunnem. *ad l. 2. n. 6. & 10. Q. S. A.* Lauterb. Colleg. *π.* §. *19. de minor.* Manz. *de seruit. P. V. & R. n. 54. ad tit. Q. S. A.* Verstegen *de seruit. real. n. 52. Diss. 3. p. 299.* Author *theatr. seruit. tit. 4.* §. *9* Io. Voet. §. *11. Q. S. A.* Neque etiam tutor & curator seruitutem constituere B. Dn. D. Harpprecht *Consil. 92. n. 155. cum seqq.* vel per non vsum amittere, sicque pupillo & minori nocere potest *l. 3.* §. *pen. de reb. eor. qui sunt sub tutel.* Bocer. *class. 5. Disp. 8. th. 73.* C. I. A. *lib. 8. tit. 6. n. 11.* culpa enim tutoris & curatoris pupillo & minori non nocet *l. f. de administr. tut. l. 1. quand. ex facto tutor. l. 3.* §. *1. de tribut. Act.* & contra minorem nulla regulariter nisi praescriptio longissimi temporis currit, *l. f. Cod. in quib. caus. restit. in integr. necessar. non est l. 3. Cod. de praescript. longi tempor.* ibique Brunnem. Neque maritus si non vsus seruitute fundo dotali competente, vxori praeiudicat, *l. 5. l. 6. de fundo dotali arg. l. 31. de pignor.* Bocer. *d. l. th. 73.* Lauterbach. *Diss. de fundo dotal. th. 32.* Stryk. *de non vsu iur quaes. c. 4. n. 15.* Author *theatr. seruit. tit. 4.* §. *9.* cum vxor constante matrimonio, neque agere, neque praescriptionem interrumpere possit, proinde illi non currit praescriptio, *l. 30. Cod. de iur. dot.* Brunn. *ad l. 5. de fund. dotal. & l. 16. ibid.* Neque Proprietarius per non vsum seruitutem fundo vsufructuario debitam amittere potest, *l. 15. ∫. 7. de vsufruct.* Castillo *de vsufr. c. 35. num. 1.* Sic quoque si vasallus seruitute feudo debita vsus non fuerit, dominus tamen feudo ad eum reuerso, illa vti rursus poterit: *arg. 2. F. 8. l. 31. de pign.*

pign. Stryk. *de non vſu iur. quaeſ. cap. 4. n. 15.* licet longiſſimo tempore vſus omiſſus fuiſſet, quia Dominus agere non potuit, antequam feudum ad illum fuerit reuerſum, agere vero non valenti, ob impedimentum iuris intrinſecum, non currit praeſcriptio Stryk. *Ex. iur. feud. cap. 10. q. 9.* Author *theatr. ſeruit. tit. 10. §. 90. add.* Henricus Roſenthal *de feud. c. 9. concl. 11. c. 10. concl. 45. n. 26. & 37.* Dn. B. de Lyncker *Reſp. 187. n. 15. & ſeqq.*

§. VIII.

An vero, ſi mandatarius non vtatur ſeruitute, propterea illa amittitur? affirmat Dn. Stryk *de non vſu iur. quaeſ. c. 4. n. 9. & ſeqq.* quem ſequitur Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 63. lit. α.* ſi nempe procurator plenum habet mandatum, cum culpa procuratoris in iure ſemper noceat domino, qui negligentem mandatarium eligit, *l. 10. Cod. de procur. l. 5. pr. de tribut. act. l. 4. §. 12. & 18. de except. dol. mal.* nec alteri innocenti debeat damnum afferre, *l. 7. de dol. mal.* ſed potius, ſecundum naturam aequum ſit, vt quem ſequuntur commoda, eundem etiam ſequantur incommoda, *l. 10. de R. I. l. vn. §. 4. Cod. de caduc. toll.* modo, iuxta ſententiam in praxi receptam, ſoluendo ſit, Carpz. *p. 1. C. 1. def. 23. & lib. 3. Reſp. 4.* Gail. *l. 2. obſ. 45. n. 6.* ibique Graeuius Meuius *p. 3. d 29. & p. 5. dec. 206.* Rohding. *in π. Camer. lib. 3. tit. 23. §. 10.* & Decker in vindic. ad Blum. proceſſ. *tit. 9. n. 10. in fin.* Excellentiſſ. Dn. D. Schweder praeceptor & patronus noſter venerand. *de renunciat. appellat.* §. *10.* & Dn. Dr. Graſs, *de elect. vtil. act. th. 23.* Sic, ſi officiali & miniſtro negotium ſpecialiter commiſſum ſit, quod tunc non vſus praeiudicet Domino docet Stryk *de non vſu iur. quaeſ. c. 4. n. 10. & ſeqq.* Müller ad Struu. *Ex. 13 th. 63. lit. a* vbi addunt, quod aliud dicendum ſit, ſi ſpecialis commiſſio deſit D. Stryk. *de obligat. Princip. ex fact. miniſt. c. 4. n. 39. & ſeqq.* In ſpecie; ſi officialis iure paſcendi, in alieno Principi competente, tempore legitimo non vſus, quod illud amiſſum ſit, dicit

Brun-

Brunnemann. *cent. 5. Dec. 8.* vbi ita responsum addit. De iure quoque venandi Mohr *de Iur. venand. p. 2. c. 2 in fin.* & Klock *v. 1. C. 29. num. 444.* idem docent, cum facta officialium pro factis principum, & scientia officialium, pro scientia principis a multis habeantur, late B. Dn. D. Harpprecht *in Consil. 95. num. 257. & seqq.* Andr. Ockel *de praescript. immemor. c. 3. th. 32. & c. 8. th. 16. &* 17. etiam in amittendis & praescribendis iuribus Dominorum, Myler ab Ehrenb. *in hyparcholog. c.* 10. §. 16. *& seqq.*

Quamuis de cetero non negandum sit, quod sola scientia & negligentia officialium, generali mandato instructorum, in remittendis vel amittendis Dominorum iuribus, iisdem non noceat, ex communi Doctorum opinione post plures Dn. Stryk *in Disp. de obligat. princip. ex facto ministr. c. 4. num. 25. & seqq.* B. Dn. D. Harpprecht *in Resp. 91. num. 33. & seqq. & Resp. 93. n. 34. vsque n. 50. nec non Consult. nou. 4. n. 145. & 871. cum seqq.* cum factum ministri, tunc demum factum domini sit, eique noceat, si mandato expresso vel praesumpto conformiter egerit Stryk. *d. D. cap. 2. num. 36. & seqq.* quod si vero extra fines mandati, talia, quae dissipationem bonorum & spoliationem Domini inuoluunt, fecerit, minime pro facto Domini, & quod ei obesse potest, habendum sit, *l. 22. Cod. de pact. l.* 12. *Cod. de acquir. & retin poss.* Paris de puteo *de Syndic. voc. compositio c. 9. n. 5.* Naurath. *de iure subdit. n. 45. fol. 588.* Stryk *d. cap. 2. num. 40. & 48. cum seqq.* B. Dn. D. Harpprecht. *Cons. 95. num. 262. & seqq.* Dn. B. de Lyncker *Cent. 2. dec. 108.* cum quoad neglecta, omni & praesumto mandato destituantur, & tunc non vt officiales, sed, vt priuati agant, arg. *l. 7. de donat. l. 21. l. 27. de administr. tutor.* D. Schoepffer *in Disp. de lata culpa ministri c. 2. num. 63. & seqq.* Ad minimum, si officialis non soluendo, Principi restitutio in integr. non erit deneganda, cum etiam priuato domino hodie concedatur.

Stryk.

Stryk. *d. cap. 2. num. 26. &. seqq.* D. Schoepffer *d. c. 2. num. 63. & seqq.* & B. Dn. D. Harpprecht, *Consil. 95. n. 265. & seqq.*

§. IX.

Vlterius quia talis non vſus requiritur, qui peculiarem negligentiam importat, exinde conſequitur, quod ſi quis, ob impedimentum aliquod extrinſecum, Stryk. *de non vſu iur. quaeſ. c. 2. n. 53.* Author *theatr. ſeruit. tit. 4. ʃ. 6.* vel neceſſitatem ſeruitute vti prohibitus ſit, eatenus neceſſitas, vti alias v. gr. in priuilegiis Lauterb. *Ex. ad π. 3. concl. for. 12.* Mev. *p. 2. dec. 1.* ita & hic excuſationem mereatur. Frantz. *n. 29. Q. S. A.* Verſteg. *de ſeruit. praed. D. 3. n. 44. pag. 392.* vnde etſi iure ſummo ſeruitus pro extincta habeatur, ſi vel fons, ex quo aqua ducenda, exaruerit, *L. 34. § 1. L. 35. d. S. P. R.* Manz. *tit. 3. q. 24. n. 215. d. ſeruit. P. V. & R. tit. d. aquae ductu* Verſtegen *d. l. Diſſ. 2. n. 10. pag. 335.* Huberus *§. 5. Q. S. A.* vel quis propter inundationem vid. Lauterb. Colleg. *§. 82. d. acquir. rer. Domin.* Bardili *Ex. 16. concl. for. 16.* ſeruitute vti non potuerit, *L. 5. §. 2. L. 10. ʃ. 2. L. 23. L. 24. quib. mod. vſusfr. L. 14. Q. S. A.* Struu. *Ex. 13. th. 60.* ibique Müller *lit. β. & γ. & Ex. 41. th. 35.* Barthius *d. iur. paſcend. c. 4. §. 1.* Manz. *n. 55. ad tit. π. Q. S. A.* vel alio aliquo caſu impeditus ſit, *L. 8. §. 4. ſi ſeru. vind. L. 9. ʃ. pen. Q. m. c. L. 15. §. 8. quod vi aut clam* ex aequitate tamen, ſi fons ad venas ſuas redierit, & aqua receſſerit, etiam poſt lapſum longi temporis, ceſſante impedimento; ſeruitus in priſtinum ſtatum reducitur, & praedii dominus antiquam ſeruitutem renouare debet, quia ſeruitus non culpa aut negligentia amiſſa fuit, ſed quia aqua duci & ſeruitute vti quis non potuit, Frantz *n. 29. Q. S. A.* Struu. *Ex. 13. th. 57.* ibique Müller lit. a. Lauterb. *Colleg. § 17. ex quib. cauſ. mai. & §. f. Q. S. A.* Author *T. S. tit. 4. §. 6.* Huberus *ʃ. 5. Q.*

5. Q. S. A. add. l. P. W. p. 2. t. 34. §. und Weil. & negligentiae demum fructus damnum sit, *L. 78. §. 2. leg. 2. L. 2. Cod. d. condit. in publ. horr. L. 24 de his, quae in fraud. credit.* L. B. de Lyncker *in Resp. 65. n. 93.* quod si tamen flumen alueo mutato, locum seruientem totum occupauerit, tunc seruitus non restituitur, quamuis aqua tempore elapso recesserit, quia is locus aluei publicus esse coepit, *L. 24. §. 1. quib. mod. vsusfr.* Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 60. lit. γ.* Manz. *de Seruit. P. V. & R. n. 133. d. via pag. 257.* Neque seruitus iuris lignandi, per non vsum longi temporis amittitur, si sylua exusta vel deuastata sit, cum sylua succrescere rursum possit ex stirpe. Wissenbach *ad π. p. 1. d. 20.* Versteg. *d. seruit. praed. Diss. 2. n. 20. pag. 336.* Author *Th. Seru. tit. 11. §. 4.* Neque, si occasionem venandi non habuerit, & nulla fera bestia in sylua fuerit, ius venandi amissum dici potest, cum hic omnis negligentia cesset, Richter *dec. 16. in fin.* L. B. de Lyncker *Resp. 65. n. 86.* Stryk *d. non vsu iur. quaes. c. 3. n. 34. & c. 4. n. 4.* vbi tamen, cautelae loco, commendat, quod, hoc non obstante, per actus venationis, possessio, vel quasi iuris venandi, conseruanda sit, licet nulla spes capiendi adsit. In genere enim nullae seruitutes, Zasius *n. 4. Q. S. A.* Andr. Ockel *d. praescript. immemor. c. 6. th. 15.* Dn. de Lyncker *C. 14. dec. 1342.* nec ius furnorum, Stryk *Disp. de iur. furnorum. cap. 4. n.* 114. nec ius molendini bannarii. Petr. Müller *d. Molendino bannario cap. fin. §. 1.* nec vlla priuilegia, nec iurisdictio ciuilis vel criminalis, si casus non euenerit, quo quis priuilegio vti potuerit, & v. g. non adsit facinorosus, longissimo licet tempore, amittuntur, *arg. L. 52. §. 4. ad L. Aquil. L. 1. §. 2. Cod. d. Ann. Except.* Goswin. ab Esbach ad Carpz. *p. 2. C. 3. def. 23.* Brunnem. *L. 1. d. nund. & L. 35. n. 8. d. S. P. V.* post plures B. D. Harppr. *in tract. d. praescript. immunitat. a collect. c. 2. th. 20.* Knipschild *d. nobilitat. lib. 3. c.* 21. *n.* 167. Stryk *d. non vsu iur. quaes. c. 2. n.* 41.

n. 41. & *n. 50.* & *c. 3. n. 32. cum sqq.* Ioh. Voet. §. *25. d. constit. principum* & §. *fin. d. nundin.* Similiter, a iure pascendi minime excluduntur, qui incendio, ruina, incursione hostium, vel casu aliquo pecora sua amiserunt, & ad incitas redacti, alia comparare nequiuerunt, *arg. l. 1. l. 26.* §. *9. ex quib. caus. mai.* Barthius *de iur. pascend. cap. 4.* §. 1. Sprenger *in Conf.* 1. *Facult. de iur. pascend. pag.* 31. & *58.* vid. Gail. *lib. 2. obs. 61. n. 5.* & *seqq.* Losaeus *de iur. vniuersit. p.* 1. *c. 1. num. 35.* qui asserunt, quod Ecclesia vel ciuitas, ob bellum ruinam passa, & postea restituta omnia priuilegia & iura retineat. Si enim quis belli tempore in exercitio priuilegii, Goswin. ab Esbach. ad Carpzou. *p. 2 C. 3. def. 23.* Stryk *in Vsu Mod. π.* §. *fin. de nundin.* vel seruitutis impeditus fuerit, tunc quia negligentia, quae causa amissionis est, prorsus cessat, sicque occasio vtendi iure suo defuerit per non vsum longissimi licet temporis, minime amittit seruitutem competentem, Stryk *de non vsu iur. quaes. c. 4. n. 21.* & *52. vbi c. 3. n. 36.* & *c. 4. n. 21.* idem de peste recte affirmat, quod & dicit L. B. de Lyncker *Cent. 10. dec. 979.* argumento eorum, quae Ddres generaliter de praescriptione dormiente per tempus belli *c. 30. X. de praescr. c. 13. c. 16. q. 3. Receß. Imp. de A. 1654.* §. *166.* B. Dn. D. Harpprecht *Resp. 15. n. 70.* & *Resp. 86. num. 104.* & *seqq.* & pestis docent, Struu. *Ex. 43. th. 26.* Carpz. *p. 2. dec. 116.* Stryk *in Vs. Mod.* §. *8. de vsurpat.* & *vsucap. confer.* Andr. Ockel. *de praescript. immemorial. c. 10. th. 10.* Vti quoque idem iuris obtinet, si ita forte conuentum sit: Daß so offt der andere seine Felder unbestellet liegen liesse, diesem frey stehen solle, sein Veh darauf zu treiben: alter vero, vltra longissimum tempus, incultos agros non reliquerit, tunc enim per eum non stetit, quo minus ius suum exercere potuerit. Barthius *de Iur. Pascend. c. 4.* §. *1.* neque hoc pacto vlla negligentia aut renunciatio datur. Dn. a Lyncker *Resp. 65. n. 89.*

§. X.

Si vſufructuarius a domino praedii dominantis ſit deiectus, atque ob id, conſtituto tempore, vti non potuerit, tunc dominus cogendus erit, reſtituere amiſſam ſeruitutem, *l. 4. §. 27. de vſurpat. & vſucap. l. 9. §. 1. de vi ac vi armat.* ſecus dicunt eſſe, ſi a praedone de fundo cum proprietario expulſus ſit, cum tunc vſusfructus ad proprietarium redeat, & fructuarius omne damnum a praedone, cuius facto periit, repoſcere poſſit *l. 10. de vi ac vi arm.* Caſpar Manz. *de ſeruit. perſon. tit. 4. n. 84. quib. mod. vſusfr. & de S. P. V. & R. n. 50. ſeqq. Q. S. A.* Ioh. Verſtegen *de vſufr. obſ. 17. fol. 239.* Author *Th. Seru. tit. 16. §. 13. pag. 727.* aequum enim eſt, vt ſeruitus per vim amiſſa reſtituatur, *l 9. §. pen. q. m. c. l.* 1. *§. 9. de itin. act. priu. l. 1.* §. *23.* de aqua quotid. Stryk. *de non vſu iur. quaeſ. c.* 1. *n. 24.* vid. Struu. *Ex 13. th. 57.* Et ſi, deſtructo molendino bannario, banniri ad aliud molendinum vadunt, eo ipſo libertatem minime recuperauerunt, nec Dominus ius ſuum acquiſitum propterea amiſit, *ex Chaſſanaeo ad Conſuetud. Burgund. rubric. 13. pag. 1454.* Andr. Ockel *de praeſcript. immemorial. c. 7. th. 15.* adde Petr. Müller *de Molend. bannar. cap. fin. §. 1.* Vt in caſu, ſi quis propter aedes collapſas ſeruitute ſtillicidii & tigni immittendi, longo tempore, vti non potuerit, aedificio tamen reaedificato ſeruitus quoque ex aequitate reuiuiſcit, *l. 20. §. 2. l. 31. l. 33. de S. P. V.* quia res eadem eſt propter aream, quae manſit, & ſi forma aedificii mutata, Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 60. lit. γ.* Manz. *n. 33.* & Ioh. Voet. *§. 11. ad tit. π. quemad. Seru. amitt.* Lauterb. *Colleg. π. §. 3. ibidem* & Ex. *ad π. 18. concl. for. 4.* L. B. de Lyncker *in Reſp. 59. n. 18. & ſeqq.* maxime, ſi ex parte domini praedii ſeruientis nil quicquam interueuerit, quod facultatem vtendi excluderet. Lyncker *c. 14. dec. 1342.* v. D. Thomaſii *Diſp. de ſeruitut.*

ſtilli-

ſtillicid. ff. 95. & ſeqq. & Author *Th. Seru. tit. 5. §. 27. p. 156.* quid iuris in vſufructu *Ex. l. 34. §. 2. l. 53. de vſufruct l. 5. ff. 2. l 10. ff. 7. quib. mod vſusfruct. l. 34. de vſufruct leg.* docent Struu. *Ex. 12. th. 35.* Stryk *in Vſ. Mod. §. 5. quib. mod. vſusfr.* B. Dr. Harpprecht. *Diſp. de impedim. vſusfruct. ſtatut. matern. §. 39.* poſtremo notat D. Strykius *in Diſp. de non vſu iur. quaeſ. cap. fin. n. 5.* quod negligentia alicuius, in non vtendo tanquam res facti, & in ſpeciem aliquam delicti fere incidens, haud praeſumatur, ſed ab allegante probanda ſit, conformiter iis, quae de culpae & negligentiae probatione Doctores in genere afferunt. B. Dn. D. Harpprecht *in Conſ. 88. n. 10. & Conſ. 95. n. 280.* Ad illam tamen, tanquam rem difficilis probationis, demonſtrandam etiam coniecturae & praeſumtiones recte admittuntur, Celſus Bargalius *de dolo ac culpa lib 5. cap. 4. num. 43.* Farinacius *in Praxi Crim. p. 3. q. 110 c. 2. n. 73.* Menoch. *de A. I. Q. lib. 2. c. 2 caſ. 390. n. 16.* vt v. g. ſi ille, cui ſeruitus paſcendi debetur, interea temporis iis paſcuis opus habuerit, nec tamen vſus ſit. Struu. *ex. 43. th. 22.* Author *Medit. ad Inſtrum. pac. Caeſar. Suecic. ſpec. 4. art. 5. ff. 43. fol 668.* B. Dn. D. Harpprecht. *in Diſp. de praeſcript. immunit. a collect. cap. 2. th. 20.* & forte ruſticus fuerit, qui paſcuorum ſunt tenaciſſimi, teſtante praxi quotidiana, poſt Manz'um *ad §. 2. n. 22. I. de ſeruit. praed. vrb. & ruſt.* B. Dn. D. Harpprecht *in Conſil. 90. num. 9.* inſuper aliam minorem ſeruitutem paſcendi ſibi ſollicite conſeruauerit, ampliorem vero neglexerit, cum tamen qui in vno diligens, etiam in aliis talis praeſumendus ſit: Conſil. Marpurg. *vol. 4. C. 57. n. 17.* Id quod Ampliſſ. Facultas Iuridica in cauſa *cap. 1. §. fin.* laudata cum aliis ranibus itidem adduxit, & maxime, cum non tantum occaſionem, ſed & cauſam magnam vtendi habuerit, & magna pars redituum in ſeruitute v. g. paſcendi conſiſtat. Non enim credi poteſt, quod iuri ac facultati ſuae non renunciauerit, qui cum

gaudere potuisset emolumento, quod ipse nunc magno studio affectat, ab eodem tamen magno suo onere abstinuerit, cum quilibet praesumatur esse diligens in his, quae ad lucrum eius spectent *arg. l. 25. de probat.* L. B. de Lyncker *Resp. 82. n. 47. & seqq. & Cent. 14. dec. 1396.* vbi alias adhuc affert circumstantias. Cum igitur facile intermissio vsus per negligentiam, ex his & aliis coniecturis, colligi queat, proinde ad euitandas lites, & ne non vsus seruitutis amissionem post se trahat, cautelae loco probe obseruandum, vt literae reuersales ab altero exigantur, quibus testetur, vsus omissionem, non nisi ex amicitia, familiaritate, absque praeiudicio seruitutis, ad tempus fieri. Richter *dec. 98. n. 6.* Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 57. lit. I. in fin.* vel si illas impetrare non posset, protestationem, ante elapsum tempus, Carpz. *p. 2. Const. 30. def.* 11. *n.* 11. interponat, se non vtendo nolle renunciare seruituti, Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 1. num. 16. & seqq.* quae protestatio ius intactum conseruat, & praescriptionem interrumpit. Meu. *p. 9. dec. 193. n. f.* D. Bardil. *de praescript. seruitut. th. 13. in fin.* id quod in specie de Molend. bannar. adstruit Müller *de Molend. bann. c. fin.* §. *1.* & addit, quod paliridicis ius suum tuendi gratia in statione ista, qua molendinum ante positum fuerat, de more in fixis, ius molendini bannarii conseruetur.

§. XI.

Tertio requiritur iustus & legitimus longi temporis lapsus, vt nimirum exinde tacita renunciatio & derelictio colligi & priuatio locum inuenire queat, *cap. 15. X. de priuileg.* Stryk *de non vsu iur. quaes. c. 3. n. 2.* qui enim in tam longo tempore prolixoque spatio suum ius minime consecutus est, sera poenitentia ad pristinam reuerti seruitutem desiderat, *sunt verba l. f. Cod. de seruit.* Verstegen *de seruit. praed. Diss. 3. n. 47. pag. 395.* neque iustam conquerendi causam habet, quia scire debet, seruitutum naturam

esse,

esse, vt certis modis iure praescriptionis finiantur, ne inutilis v. g. sit proprietas, semper abscedente vsufructu *§. 1. I. de vsufr.* Manz. *n. 96. ad tit. quibus mod. vsusfructus.* Non vero solum vsusfructus *l. pen. §. 1. Cod. de vsufruct. arg. l. f. Cod. de longi temp. praescript.* vbi generaliter omnes seruitutes longo tempore praescribi dicuntur. Struu. *Ex. 12. th. 34.* ibique Müller *lit. γ.* Castillo *de vsufruct. cap. 67.* Harpprecht *ad §. 3. num. 24. I. de vsufruct.* Bachou. ad Treutl. *vol. 1. Disp. 16. th. 14. lit H.* Christin. *vol. 2. dec. 176. num. 9.* Gratian. *Discept. forens. cap. 867.* paternus, Lauterb. *Disp. de vsufruct. paterno th. 39.* Author *Theatr. Seru. tit. 12. §. 21. pag. 556.* siue maternus statutarius sit, B. Dn. D. Harpprecht, *in Disp. de Impedim. vsusfr. statut. mater. th. 38.* vbi plures allegat; sed etiam reliquae seruitutes semel constitutae, per longi temporis lapsum, hoc est, inter praesentes, in eadem prouincia, 10. inter absentes, 20. annis, omnino amituntur, *l. pen. Cod. de seru. l. 4. § 27. ibi: per longum tempus: de vsurpat.* Manz. *de seru. P. V. & R. num. 75. ad tit. π. Q. S. A.* Stryk *de non vsu iur. quaes. c. 3. n. 6.* Author *Theatr. Seruit. tit. 4. §. 7.* An vero vsusfructus rei mobilis eodem tempore pereat? negant quidem Vinn. *num. 3.* Bachou. *num. 5.* Rittershus. & Harpprecht, *ad §. 3. num. 23. I. de vsufruct.* C. I. A. *lib. 7. tit. 4. n. 8.* Castillo *de vsufruct. cap. 67. n. 3. & 27.* Huberus *ad I. §. 11. de vsufruct.* Ioh. Voet. *§. 6. quib. mod. vsusfruct.* & triennium ex ea ratione sufficiens statuunt, quia res mobiles triennio vsucapiuntur, *pr. I. de vsucap. & in l. pen. §. 1. Cod. de vsufruct.* eadem exceptio, quae dominum, rem suam vindicantem, excludit, etiam vsufructuarium non vtentem excludere dicitur. Sed receptior & verior est contraria opinio, quod vsusfructus, siue in rebus mobilibus, siue immobilibus, consistat, non vsu longi temporis extinguatur, cum non subiectum, sed ipse vsusfructus, qui vbique tanquam ius, pro re immobili, habetur, sit consideran-

derandus, non attenta re, ſiue mobilis ſit, ſiue immobilis, & Imperator quoque Iuſtinianus *in l. pen. §. 1. Cod. de vſufruct.* poſtquam egit de rebus mobilibus & immobilibus, non ſimpliciter dicat, quod omnis exceptio, quae excludit dominum, etiam excludat vſufructuarium, ſed tantum illa exceptio, quae excludit dominum abſentem & praeſentem. Quia vero haec diſtinctio praeſentiae & abſentiae, in praeſcriptione rerum mobilium non locum habet, ergo de illa ibidem non eſt ſermo, adeoque haec ipſa lex contrarium euincit, & vult, in cuiusque rei vſufructu obſeruari praeſcriptionem rerum immobilium. Vti quoque ipſe Imperator Iuſtinianus hanc legem ita *in l. pen. Cod. de ſeruitut.* explicat, & ibidem, generaliter & absque diſtinctione, inter res mobiles & immobiles, longum tempus praeſtituit & exigit. Frantz. *n. 4.* & Colleg. π. Lauterbach. *§. 6. quib. mod. vſusfruct.* Bachou. ad Treutl. *vol. 1. Diſp. 16. th. 14. lit. H.* Wiſſenbach *ad I. §. 11. de vſufruct.* Brunnemann *ad l. Cod. de vſufruct.* Dn. D. Maier *ad I. pag. 424 & 425. de vſufruct.* Stryk *in not. ad compend. Schüz voc. mobilis fol. 236.* Manz. *de ſeruitut. perſon. tit. 4. Q. 3. n. 79. quib. mod. vſusfruct.* Verſtegen *de vſusfr. obſ.* 17. *pag. 238.* Author *Theatr. Seruit. tit. 16. §. 12. pag. 726.* nouiſſime Gerard Nood *in oper. omn. lib. 2. c. 8. de vſufr. pag. 617.* vbi dicit contrariam explicationem ſibi nunquam placuiſſe.

§. XII.

Supra dicta tamen reſtringuntur ad ſeruitutes continuas & quotidianas, ſi nimirum alternis diebus, aut die vel nocte, vel alternis horis, vel vna etiam hora in die ſunt conſtitutae, quod ſtatuto longo tempore intereant, cum ita pro vna ſeruitute &, pro quotidiana habeantur. Manz. *n. 78. & 79. Q. S. A.* Verſtegen *de ſeruit. praed. Diſſ. 3. num. 48. pag. 395.* Quod ſi vero ſeruitus diſcontinua

tinua realis sit, secus enim est in vsufructu, C. I. A. *lib.* 7. *t.* 4. *n.* 8. *&* 10. Hertius *de praescript. Iur. per temp. interualla renascent. vol.* 2. *t.* 3. *s.* 1. §. 12. *pag.* 322. *l.* 13. *de vsufr. leg. vid. cap.* 2. *ſſ.* 5. nec vsum quotidianum, sed ex forma constitutionis, interualla annorum & mensium, habeat, ita vt alternis annis vel mensibus, saltem illa seruitute vti liceat, prout Familia Baronum Immediatorum de Speth Gammertingen & Neufra, & in specie possessores Des Bürckhoffs, in pagis Kettnacker & Ittenhausen, iure pascuorum agnorum Lämmer-Waid, mit 400. Lämmern und einen Laith-Hammel, alternis mensibus gaudent, tunc tempus duplicatum requiritur, ita vt dominus seruitutis, licet praesens fuerit, tamen propter interuallum illud, quia vsus seruitutis aliquando longiori temporis interuallo, discernatur, in effectu pro absente habendus sit, & duplicitas temporis requiratur, quae intermissionem illam quasi suppleat, & eo satis operatur, vt vsus continuus censeri possit. *l.* 7. *Q. S. A l. f. Cod. de seruit.* Franzk. *n.* 32. *& seqq.* & Hahn ad Wesenb. *n.* 6. *ad tit. Q. S. A.* Verstegen *de seruit. praed. diss.* 3. *n.* 48. *pag.* 395. Quomodo vero hoc tempus duplicandum sit, in eo Ddres iterum admodum discordes sunt. Alii 20. inter praesentes, & 40. annos, inter absentes, necessarios dicunt, vt Wesenb. *n.* 6. & Zasius *ad tit. π. Q. S. A.* Vinn. *ad ſſ. f. n.* 6. *I. de seruit.* Martin. Pegius von Dienstbarkeiten *lib.* 1. *cap. fin.* Quae sententia etiam iure Bauarico recepta est, referente Manzio *n.* 82. *ad tit. π. Q. S. A.* Alii vero & quidem rectius asserunt, quod in solo praesente tempus 10. annorum ad 20. annos duplicetur, in absente vero tantundem temporis etiam sufficiat, neque 40. anni exigantur, cum tempus absentiae 20. annorum, iam sit a LL. duplicatum. Vti vero neque retorsio retorsionis, Berlich *p.* 5. *Concl.* 64. *n.* 45 Mauritius *p.* 1. *c.* 17. *num.* 13. Richter *dec.* 92. *num.* 19. neque fictio fictionis in iure licita, Barbosa locupletat. *lib.* 6. *cap.* 13. *ax.* 2. B. Dn. D. Harpprecht.

in consil. 84. num. 134. & seqq. neque seruitus seruitutis datur *l. 1. de vsufruct. legat. l. 33. §. 1. de S. P. R. ibique* Godofredus *lit.* z. ita quoque nec duplicatio duplicationis, ratione temporis absentiae, obtineri debet; cum insuper *l. f. Cod. de seruit.* generaliter 20. annos sufficientes pronunciet, ad praescriptionem hanc extinctiuam seruitutum, neque distinguat, inter casum praesentiae & absentiae, sicque indistincte exaudiri arg. *l. 8. de public. in rem act. & l. 7. Q. S. A.* ex illa restringi debeat, quale nimirum tempus sit duplicandum, Coepolla *de seruit. c. 24. num. 5.* Frantz. *num 35. ad tit. π. Q. S. A.* vbi hanc sententiam veriorem & communiter receptam nominat Hahn ad Wes. *ibidem* C. I. A. *lib. 8. t. 6. n. 6.* vbi communi DD. calculo comprobata sententia dicitur Struu. *Ex. 13. th. 57.* ibique Müller *lit. θ.* Perez. *in Cod. num. 29. de seruit.* Manz. *de seruit. praed. urb. & rust. t. 6. n. 83. & seqq. Q. S. A.* Brunnem. *ad l. fin. n. 2. Cod. de seruit. & l. 7. Q. S. A.* Verstegen *de seruit. praed. Diss. 3. n. 48. pag. 395.* Stryk. *in Vs. Mod. §. 2. Q. S. A. & in Diss. de non vsu iur. quaes. c. 3. num. 25.* D. Böhmer *num. 7.* & Huberus *ff. 4. ad tit. π. Q. S. A.* ibique D. Thomasius, Author *Theatr. Seru. tit. 4. §. 7.* vbi veriorem in puncto iuris dicit sententiam. Et ita quoque corrigendum est Lauterb. Colleg. *ff. 6. ad tit. Q. S. A.* cum quilibet Author, secundum allegata, hicque secundum Frantz. & Hahnii doctrinam sit explicandus. Barbosa locupl. *l. 4. c. 43. ax. 3.* & in manuscripto Collegio de 40. annis nihil extet, insuper B. D. Lauterbach. *Ex. ad π. 18. concl. for. 20.* expresse huic sententiae adstipuletur. Licet autem de cetero triennio vel quinquennio vsus sit concessus, & intermissio huius vsus cum absentia concurrat, minime tamen, vltra 20. anni requiruntur, neque tempus vlterius duplicandum vel triplicandum, & sic porro, ob generalitatem *l. f. Cod. de seruit.* vbi quis pactus erat cum vicino suo, vt ei liceat in syluam suam per agrum vicini, vno tantummodo die

per

per quinquennium transire & nihilominus talis seruitus per non vsum 20. annorum penitus amissa dicitur, C. I. A. *n.* 7. *Q. S. A.* Frantz. *ad* π. *num.* 35. & Stryk. *in V. M.* §. 2. *Q. S. A. & de Act. for. inuest. s.* 3. *m.* 2. *ax.* 1. *num.* 50. *de praescript. action.* Brunnem. *ad L.* 7. *Q. S. A.* In eo quoque concordes sunt Ddres, quod tempore immemoriali seruitutes quidem absque dubio amittantur. Andr. Ockel. *de praescript. immemor. c.* 6. *th. fin.* Dn. de Lyncker *c.* 14. *dec.* 1396. sed tamen non praecise id requiratur, verum ad amittendam seruitutem discontinuam, hoc tempus duplicatum vtique sufficiat, Iacob. Thomingius *dec.* 54. *num.* 8. vbi ita Anno 1563. responsum refert. Paulus de Castro *ad L.* 7. *Q. S. A.* Hahn. *de iur. pascendi th.* 65. vbi videri potest. Molina de *I. & I. tract.* 2. *Disp.* 70. *n.* 10. Licet hodie in praxi, quoad acquisitionem seruitutum discontinuarum, immemoriale tempus exigatur, Meu. *p.* 9. *dec.* 164. Goswin. ab Esbach ad Carpzou. *p.* 2. *C.* 4. *def.* 8. B. D. Harpprecht *Cons.* 72. *num.* 181. & 182. & *Cons.* 90. *num.* 77. Author *Theatr. Seru. tit.* 2. §. 31. & *tit.* 10. §. 37. Stryk. *V. Mod.* §. 6. *de Seruit.* quia fauore libertatis, & odio seruitutis & negligentis vti fundus facilius & citius liberatur a seruitute odiosa, quam vt seruitus inducatur, & quia insuper, per reductionem libertatis, & liberationem a seruitute, cui fauendum, minor laesio, per seruitutis amissionem infertur, proinde iuste breuior terminus admittitur Brunnem. *ad L. fin. n.* 12. *Cod. de seruit.* Stryk *de non vsu iur. quaes. cap.* 3. *n.* 7. & *de Act. for. inuest. sect.* 3. *membr.* 2. *ax.* 1. *num.* 12. Author *Theatr. Seru. tit.* 4. §. 7. Neque in praescriptione 30. vel 40. annorum vlla duplicatio locum inuenit Coepolla *de seruit. c.* 24. *num.* 4. Verstegen *de seruit. praed. Diss.* 3. *n.* 48. *p.* 396.

§. XIII.

Hisce generaliter firmatis, iam specialiter inferunt Interpretes, quod seruitus oues pascendi, licet sit discontinua, tamen non vtendo per longum tempus amittatur, Brunnem. *ad l. 2. num. 10. de via publ. & l. fin. Cod. de seruit.* Besold. *Conf. 15. num. 65. cum seqq.* Manz. *de seruit. P. V. & R. num. 76. & 77. Q. S. A.* B. D. Lauterb. *Ex. ad π. 18. concl. for. 19.* & Colleg. *π. §. 6. Q. S. A.* Müller ad Struu. *Ex. 43. th. 22. lit. i.* Stryk *in V. M. §. f. Q. S. A. & Disp. de non vsu iur. quaes. c. 4. num. 18. & seqq.* B. D. Harpprecht *in Conf. 72. num. 181. & 182.* Andr. Ockel. *de praescript. immemor. c. 6. th. 5.* nisi ius pascendi ita concessum sit, vt alternis mensibus vel annis saltem pascere liceat, tunc enim duplicatum tempus necessarium est, Coepolla *de seruit. c. 24. num. 5.* Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 57. lit. γ.* Idem statuunt de seruitute seu iure foenum in pratis suis collectum transportandi, per prata vicini, & similibus seruitutibus, per interualla annorum vel mensium competentibus, quod non vtendo & inter praesentes & absentes 20. annis ammittantur, Coepolla *de seruit. c. 24. num. 2.* Lauterbach. *Ex. 18. concl. Forens. 20.* Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 57. lit. θ.* Ius quoque lignandi, quod ciuibus vel incolis in vicinis syluis, singulis mensibus & septimanis, vna die competit, 20. annos ad amissionem seruitutis, requirit, Coepolla *de Seruit. c. 14. num. 5.* Zoes. *ff. 7. Q. S. A.* Molina *de I. & I. tr. 2. Disp. 70. n. fin.* Besold. *Conf. 15. n. 68.* Lauterb. *Ex. 18. c. for. 21.* Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 57. lit. θ.* Ioh. de Lugo *de I. & I. Disp. 7. sect. 6. n. 79.* vbi addit, quod initium praescriptionis seruit. vrbanarum ab eo demum die desumendum sit, quo per actum positiuum impedisti, ne aduersarius vteretur iure suo, in rusticis vero, vbi actus non requiritur, statim a tempore incipiat, quo aduersarius coepit iure suo non

non vti. Secus esset si alternis diebus competeret, tunc enim ordinarium tempus sufficit, v. Author *theatr. Seru. tit. 11. §. 4.* Manz. *n. 80. ad tit. Q. S. A.* vbi dicit: quod Iure Bauarico seruitus per singulas hebdomadas constituta, longo tempore amittatur. Similiter ius venandi, quatenus in alieno territorio, ad instar seruitutis, hodie competit, Pruckmann *vol. 2. Conf. 22 n. 16. 20. & 21.* Meuius *p. 3. dec. 95. num. 3* Knipschild *de nobilit. lib. 3. c. 5. n. 62. & seqq.* Author *Theatr. seru. tit. 12. §. 3* longo tempore interit Gail. *lib. 2. obs. 60.* Müller ad Struu. *Ex. 43. th. 22. lit. X.* Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 3. num.* 11. *& seqq.* nisi alternis annis vel mensibus, alteri ius venandi, ex pacto competat, tunc enim 20. anni semper requiruntur, vid. Noe Meurer in Jagt- und Forst-Recht, *pag. 109.* Stryk *dict. cap. 3. n. 26.* Müller ad Struu. *Ex. 13. th. 57. lit. θ.* vbi tamen aliud dicendum esse, & longum tempus sufficiens statuunt, si quis ex libera voluntate certo saltem tempore, v. g. in der Schwein-Hatz, oder in der Hirsch-Brunst, illo iure venandi vtatur, cum ipsi alio & quocunque tempore etiam venari licitum sit, id quod itidem ita decisum extat apud Besold. *in Conf. 15. n. 66. & 75. cum seqq.* vti quoque ius furnorum Stryk. *Disp. de iur. furnor. c. 4. num. 112 & seqq.* & Molendini bannarii, priuato competens, ita extinguitur, Müller *de Molend. bannar. cap. fin. §. 1.* Myler ab Ehrenbach *in Metrolog. c. 19. num. 4.* vbi de torculari bannali agit. Imo Dn. Stryk. *in Disp. de non vsu iuris quaesiti cap. fin. n. 19. & 20.* id ad omnia similia iura extendere non dubitat. Interdum ex statuto & conuentione breuius tempus admittitur, Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. 3. num. 49. qui in cap. 4. num. 20.* id deinde non duplicandum esse adstruit. Vti quoque in possessoriis nonnullis breuius tempus est praefinitum, *l. 1. §. 2. de itin. act. priv. l. vn. de fonte, l. 1. §. 9. de riu. l. 1. §. 4. 10. & 19. de aqu. quotid.* Stryk. *c. 3. n. 28. & seqq.* Interdum

longius tempus requiritur & quidem centum anni ratione Ecclesiae & ciuitatis *per l. 56. de vsufruct. l. 8. de vsufruct. leg. l. 23. Cod. de S. S. Eccl. Nou. 9* iuxta Mynsingerum *ad §. 3. n. 6. I. de vsufruct.* Castillo *de vsufruct. c. 67. n. 28. & seqq.* quamuis ex veriori sententia, alii lapsum 40. annorum sufficientem dicant *auth. quas actiones Cod. de SS. Eccl. Nou. 111. c. 1. N. 131. c. 6. c. 8. x. de praescript. l. 1. Cod. ne rei dominic.* Coepolla *de seruit. c. 24 n. 7.* Schneidewin. *ad §. fin. n. 29. I. de seruitut.* Manz. *de S. P. V. & R. num. 86. ad tit. π. Q. S. A.* confer. Bardili *in Disp. de seruit. praescript. th. 44. num. 18.* argumento eorum, quae DD. generaliter de praescriptione quadragenaria contra Ecclesiam, Molina *de I. & I. tract. 2. Disp. 71. n. 3. & disp. 72.* Richter *d. 21. num. 49.* B. Dn. D. Harpprecht *in Consil. 52. n. 74. & Resp. 57. num. 365. cum seqq.* & contra ciuitatem docent Lauterbach. *in Disp. de variet. temp. pag. 47.* & Colleg. *π. §. 41. de vsurpat. & vsucap.* Losaeus *de iur. Vniuersit. p. 3. c. 17. num. 115. & seqq.* Goswin. ab Esbach ad Carpzou. *p. 2. c. 5. def. 5. num. 7.* Stryk *de act. for. inuest. s. 3. m. 2. ax. 1. n. 6. de praescript. act. & s. 4. m. 5. pag. 422.* Et porro contra Principes vix alius quam longissimi temporis, non vsus seruitutum admitti potest arg. *l. f. Cod. de fund. patrim. tot. tit. Cod. ne rei domin. l. 4. de praescript. 30. vel 40. ann.* Myler *in hyparchol. c. 10. §. 16. n. 27.* Brunnem. *cent. 5. dec. 80.* Stryk. *de non vsu iur. quaes. c. fin. n. 13* vbi, quoad regalia, tempus plane immemoriale exigit. In Saxonia, in vsufructu rei mobilis & immobilis Richter *dec. 21. n. 54.* Carpz. *l. 1. Resp. 63. num. 3. & seqq.* & reliquis seruitutibus 31. anni 6. hebdom. & 3. dies requiruntur, Carpzou. *dec. 288. num. 7. & seqq.* Richter *dec. 86. n. 2.* Stryk *de non vsu iur. quaes. c. 3. n. 27.* Moribus vero Geldricis & Hollandicis triens seculi absque duplicatione Romana exigitur post plures Versteg. *de vsufruct. obs. 17. pag. 239. & de Seruit. praed. Diss. 3. num. 47. & 48. fol. 365. & 396.*

§. XIV.

§. XIV.

Hoc tempus etiam ignoranti currit, vt si quis ignorauerit, sibi seruitutem legatam esse, vtpote quae ignoranti absque vlla cessione aut traditione heredis acquiritur *l. f. de seruit. leg. §. 6. I. per quas person. cuique acquiritur* Struu. *ex. 13 th. 36* Lauterb. Colleg. *§ 16 de vsufruct. & §. 10. de seruitut.* Dn. D. Grass *in Disp. de Iur. fontium th. 9. pag. 39.* vel seruitutes, emtis praediis deberi, reticente eas venditore. *l. 66. §. 1. de contr. emt. & vend.* tali enim casu nihilominus seruitus longo tempore perit, *per l. 19. §. 1. Q. S. A. l. 20. quibus mod. vsusfruct. arg. l. 3. Cod. de praescript. 30. vel 40. ann.* Coepolla *de seruit. c. 24. num. 6.* Struu. *Ex. 13. th. 57.* Hahn. ad Wesenb. *n. 5.* & Lauterb. *in Colleg. π. §. 6. ad tit. Q. S A.* Manz. *de seru. P. V. & R. tit. 6. n. 40. Q. S. A.* Stryk. *de non vsu iur. quaest. c. 3. n. 6.* Ioh. Verstegen. *de seruit. praed. Diss. 3. num. 47. pag. 394.* Author *medit. pacis Caesar. Suecic. pag. 669.* ita vt propterea probatio scientiae & patientiae aduersarii non necessaria sit, bene ita docente Mascardo *de probat. vol. 3. concl. 1221. n. 58. 59.* & Besoldo *Consil. 15. num. 80.* Quamuis nonnulli, ob ignorantiam, ex clausula generali, restitutionem concedant Coepolla *de seruit. cap. 24 num 6.* Pegius *de seruit. lib. 1. c. fin.* Zasius *n. 6. ad tit. Q. S. A.* Manz. *de S. P. V. & R. n. 107. Q. S. A.* de qua vexatissima quaestione, an ob ignorantiam, de Iur. Ciu. vel moribus nostris, restitutio in integrum detur, legi possunt late tradita apud Lauterbach. *in Colleg. π. §. 19. ex quibus caus. maior. §. 35. de vsucap. & §. 26. de re iudic.* Stryk. *in V. M. §. 8 ex quib. caus. mai.* B Dn. D. Harpprecht. *in Cons. 65. num. 307. Cons. 70. n. 323. & Cons 99. num. 83.* ibique cum multis *seqq.* Sic quoque tempus negligentiae, quo non vsus est praecedens dominus, cui debetur seruitus, recte imputatur sequenti & successori per *l. 18 §. 1. Q. S. A.* Struu. *ex. 13. th 57.* ibique Müller lit. i. Author *theatr. seruit. tit. 4. §. 7.* Id quod in praescript. seruitutum rustica-

rum,

rum, vbi ſimplex ceſſatio & ſolus non vſus ſufficit, omnes concedunt, quia non vti, non eſt perſonale quid, ſed eius effectus, vtique ad praedium ſpectat, at in vrbanis ſeruitutibus, vbi libertas ſimul vſucapienda eſt, praeſcriptionem a domino praedii ſeruientis ex integro incipiendam eſſe, nec tempus ſucceſſori prodeſſe aſſerunt per *l. 32. ſſ. 1. de S. P. V.* quia vſucapio libertatis v. gr. altior aedificatio & vſus, tanquam res facti perſonalis, de perſona ad perſonam non tranſeat, neque ſi anteceſſor altius aedificauerit, ſucceſſor aedificaſſe dici poteſt, neque ſucceſſor illo tempore vſus videri poteſt, quo ſuus author vſus eſt, C. I. A. *lib. 8. t. 6. num 8. & 10.* Wiſſenb. *ad π. p. 1. D. 20. th. 27* Manz. *de S. P. V. & R. n. 107. & ſeqq. ad tit. π. Q. S. A.* Ioh. Verſteg. *de ſeruit. praed. Diſſ. 3. n. 57. pag. 398.* Huberus *ad π. §. 7. Q. S. A.* vbi tamen addit, ſi quis ſub diſpoſitione *in § 7. I. de vſucap. & l. vn. Cod. de vſucap. transform.* ibique fundata coniunctione temporum, etiam hanc ſpeciem vſucapionis, etſi impropriae, comprehenſam eſſe contendat, ſe non habere quod opponere velit, vti quoque Ioh. Voet. *ad π. §. 8. Q. S. A.* conciliationem horum textuum, in temporis diuerſitate, quaerit, & quod Author *d. l. 32.* Iulianus, cum ante Imperator. Seuerum & Antonium, ſub Hadriano floruerit, temporum continuationem, poſtea demum Imp. Seueri & Antonini conſtitutione introductam, ibi ponere non potuerit, vti Paullus autor *l. 18.* qui Seuero demum & Antonio Caracalla celebris fuit: videantur Manz. *dict. l. n. 102.* & D. Thomaſius in not. ad Huberum *§. 7. Q. S. A.* qui *l. 32. §. 1. de S. P. V.* de caſu, vbi ille, qui libertatem vſucapere coepit, contra ſuam voluntatem, poſſidere poſtea deſiit, explicant, hincque, propter interruptam poſſeſſionem, nouum poſſeſſorem, acceſſione temporis, vti non poſſe, ſed vſucapionem, ex integro, incipere debere ſtatuunt.

§. XV.

§. XV.

Quod si igitur haec tria hactenus exposita requisita concurrunt, tunc in rusticis seruitutibus sola cessatio, & solus non vsus ad extinctionem sufficit, licet praescribens libertatem praedii, nihil faciat, neque vllam prohibitionem vel admonitionem interponat L. B. de Lyncker *Resp. 65. num. 87. & num. 92. & seqq. & vol. 2. Resp. 16. n. 11. & seqq.* Cum enim seruitutum rusticarum natura in actuali exercitio eundi, agendi, vehendi, pascendi, aquam hauriendi &c. consistat. Hisce sane actibus amissis, & concurrente propria indigentia, negligentia satis aperte arguitur Plebst. ad I. P.W. *p. 2. tb. 28.* Manz. *de seruit. P. V. & R. n. 87.* & Huberus *π. §. 6. ad tit. Q. S. A.* Barthius *de iur. pascend. cap. 4. ʃ. 1.* Econtra IV. ratione seruitutum vrbanarum, non sufficit sola negligentia non vtentis, domini praedii dominantis, sed insuper actus positiuus, seruituti directo contrarius, & qui vsum seruitutis impedit, v. g. obturatio, demolitio, domini praedii seruientis requiritur, vt ita alter, qui seruitutem debet, libertatem suarum aedium contestetur sicque Dominus praedii dominantis priuetur quasi possessione seruitutis, & dominus praedii seruientis constituatur in quasi possessione actus praescribendi libertatem per *l. 6 de S. P. V.* ibique Brunnem. Zoes. *num. 8.* & Lauterb. *π. ʃ. 5. ad tit. Q. S. A.* Brunnem. *L. pen. num. 6. Cod. de seruit.* Carpz. *p. 2 dec. 288.* Dn. D. Maier *ad I. pag. 412. de seruit.* Stryk *in diss de non vsu iur. quaes. c. 2. n. 55. & c. 3. n. 8. & 9. nec non de act. for. inuest. ʃ. 3. m. 2. ax. 1. num. 14.* Manz. *n. 7. 8. & seqq. ad tit. π. Q. S. A.* Wissenb. *ad π. p.* 1. *D. D. 20. tb. 26.* Ioh. Versteg. *de seru. praed. Diss. 3. n. 23. & 49. pag. 396. & 397.* Author *theatr. seruit. tit. 4. §. 8.* L. B. de Lynker *vol. 2. Resp. 16. num. 6. & seqq.* vid. tamen D. Thomasius *in Diss. de seru. stillicidii §. 22. & seqq.* Nam si v. g. aedes Titii, aedibus Caji seruitutem tigni immittendi debeant, licet tignum non sit immissum in aedes Titii, sed exemtum per 10. vel 20. annos, tamen seruitu-

uitutem Caius non amittit, modo foramen maneat, quod si tamen Titius aliquid noui faciat, contra seruitutem, & foramen obturet, ita vt, ne vestigia quidem seruitutis supersint, tunc vtique haec seruitus, si ita constituto tempore foramen obturatum habuit, est praescripta, *l. 6. l. 32. §. 1. de. S. P. V. l. 18. §. fin.* Q. S. *A. l. 4. ʃ. fin. de vsurpat.* Frantz. *num. 36.* Hahn ad Wesenb. *num. 6.* & Böhmer *num. 5. ad tit.* Q. *S. A.* Struu. *Ex. 13. th. 58.* vel si aedes alicuius seruitutem altius non tollendi debeant, ne luminibus officiatur, & dominus praedii dominantis, per statutum tempus non aedificauerit, vel fenestras praefixas & occlusas habuerit, tunc quamdiu dominus praedii seruientis, nihil noui, contra naturam huius seruitutis fecerit, neque aedificium altius sublatum sed depressum habuerit, retinetur sane seruitus, & per contra aedificationem & actum directo seruituti contrarium, non arborem *l. 7. de S. P. V.* Brunnem. *l. pen. num. 6. Cod. de seruitut.* Author *theatr. seruit. tit. 4. §. 8.* Ioh. Voet. *§. 11.* & Manz. *de* S. *P. V. & R. num. 95. ad tit. π.* Q. S. *A.* sed v. g. si altius sublatum aedificium habet, demum amittitur *l. 4. §. 27. de vsurp. l. 6. de* S. *P. V.* Coepolla *de seruit. c. 24. num. 6.* Vinn. *ad §. fin. n. 6. I. de seruit.* Perez. *n. 30. Cod. de seruit.* Manz. *de* S. *P. V. & R. num. 93. & seqq.* Huberus **§. 6.** & Ioh. Voet. *§. 11. ad tit. π.* Q. S. *A.*

§. XVI.

Ratio differentiae non tam quaerenda est cum Corasio *ad l. 14. n. 43. de seruit.* in nobilitate praediorum vrbanorum, & quia Reipublicae interest, ne publicus aspectus deformetur *l. 2. §. 17. & l. fin. ne quid in loc. publ. l. 2. Cod. de aedif. priu. l.* 20. *ʃ.* 10. *de N. O. N.* cum Reipubl. aeque, si non magis, intersit seruitutes rusticas, fructuum causa comparatas, conseruare, & agrorum fere potior cura, quam aedificiorum maxime vilium sit habenda, nec

non

non raro per ſeruitutes vrbanas, v. g. altius non tollendi, deformitas inducatur Harpprecht. *ad* §. *4. num. 35. cum ſeqq. l. de ſeruitut.* Manz. *num. 88.* & Huberus §. *6. ad tit.* Q. *S. A.* vid. omnino Carpzou. *dec.* 288. *num.* 13. & 14. Sed potius quia ruſticae ſeruitutes non conſiſtunt niſi in ſolo exercitio & facto eius, cui debentur, quo ceſſante, ſtatim ponitur non vſus, ad amittendam tempore ſeruitutem ſufficiens. Cum e contra vrbanae ſeruitutes nihil exercitii habeant & in ſola patientia eius, qui debet, ſe fundent, hinc praeter non vſum aliquo facto opus eſt, quod argumentum ſit interruptae patientiae, alias ſane quamdiu aedificia ſeruituti adaptata ſunt, & ille, qui ſeruit, ad libertatem rei ſuae vſurpandam, nihil contra ſeruitutem in ſuo moliatur, recte retinetur ſeruitus, Zoeſ. *num. 8.* & Frantz. *n. 37. ad tit. π.* Q. S. *A.* Vinn. *ad §. f. l. de ſeruit.* Brunnem. *ad l. 6. n. f. de* S. *P. V.* vbi addit, quod ſeruitute vrbana vti, v. gr. tignum immittere, aliquando non expediat, ſed non vti ſeruitute ruſtica, vix alii cauſae, quam negligentiae, adſcribi poſſit, Verſteg. *de ſeruit. praed. Diſſ. 3. num. 50. pag.* 397. Perez. *n. 30. Cod. de ſeruit.* Author *theatr. ſeruit. tit. 4.* §. *8.* Stryk *de non vſu iur. quaeſ. c. 2. num. 34. cum ſeqq. & c. 3. num. 9.* hanc porro adiungens rationem, quod per factum & prohibitionem ex parte domini praedii ſeruientis, libertas, meam rem pro lubitu tractandi, mihi demum in ſeruitutibus adimatur; quia vſus earum in fundo proprio incipiat & effectum tantum ad fundum alienum extendat, cum e contra ſeruitutum ruſticarum vſus totus in fundo alieno ſe exerat, hincque, ex ſolo non vſu, renunciatio libertatis inducatur, Huberus *ſ. 6. ad tit. π.* Q. S. *A.* qui ſeruitutes vrbanas, quae in non faciendo conſiſtunt, vt altius non tollendi, luminibus non officiendi per rerum naturam, non niſi, per factum, aboleri poſſe, dicit, vtpote quod vnice contrarium eſt non vſui; quoad ſeruitutes vero vrbanas acquiſitas, & in patien-

tiendo vicini facto, consistentes, v. g. oneris ferendi, tigni immittendi, stillicidii aut fluminis recipiendi, hanc vlteriorem rationem reddit, quod in seruiente praedio vel super illud indicium vestigiumque seruitutis, & dispositio semper ad actum parata maneat, quibus abolendis facto contrario opus sit. Et licet ex hisce abunde pateat, quam multas & varias rationes Interpretes Iuris afferant, adeo vt Harpprecht. *ad §. 4. num. 38. I. de seruit. ad l. 20. d. LL.* confugere non dubitet. non male tamen hic differit Carpz. *dec. 288. n. 19. & seqq.* quod certe non multum referat, exactam huius discriminis rationem nosse, cum sufficiat, de ipso discrimine & diuersitate seruitutum vrbanarum & rusticarum, indubitato constare. Vti quoque in *l. 13. Cod. de seruit.* rusticae & vrbanae seruitutes saltem ratione temporis, non ratione modi praescriptionis, aequiparantur Eckolt §. *2. ad tit. π.* Q. S. *A.* Author *tb. seruit. tit. 4. § 8.*

§. XVII.

An vero ad hanc praescriptionem seruitutum extinctiuam, opus sit bona fide & iusto titulo, & vt v. gr. alius rem vsufructuariam, tanquam suam, & ab vsufructu liberam, iusto titulo & bona fide, per longi temporis spatium, possideat, est quaestio non minimi praeiudicii? Sane tituli necessitatem communiter Ddres negant, cum ad praescribendam libertatem & extinguendam seruitutem Imperatores & ICti nullibi titulum, sed nihil aliud, quam non vsum voluntarium exigant in *§. 3. I. de vsufr. l. 25. quib. mod. vsusfruct. l. 16. Cod de vsufr. l. pen. Cod. de seruit.* sine lege vero loqui erubescendum sit, *Nou. 18. c. 5.* neque requisita pro lubitu ita fingi possint. Et si seruus qui bona fide in possessione libertatis, longo tempore, sine interpellatione, moratus, tutus est, per *l. 2. Cod. de longi temp. praescript. quae pro libert.* ibique Brunnem. Meuius *p. 1. d. 9. num. 6.* Andr. Ockel *de praescript. immemor.*

memor. c. 2. th. 16. quidni multo magis hoc in praescriptione libertatis praediorum, erit affirmandum *arg. l. 32. ad L. Aquil.* Quamuis autem de cetero, ad acquisitionem seruitutum, de iuris veritate titulus sit necessarius *l. 24. Cod de R. V. l. 27. de vsurp. l. 31. de acquir. rer. dom. l. 2. Cod. de seruit. l. f. Cod. de praescr. long. temp.* Lauterbach. *Colleg. π. §. 14. de seruitut.* Dn. D. Grass *in Disp. de Iur. font. §. 9.* multo tamen fauorabilior est praescriptio aduersus seruitutem, quam seruitutis, aduersus libertatem *arg. l. 44. de O. & A. l.* 122.*de R. I.* Hincque contra seruitutem & pro rei libertate omnis militat praesumtio & argumenta pro libertate semper praeferri debent B. Dn. D. Harpprecht *in Cons.* 72. *num.* 71. & *82.* Ex quibus & aliis rationibus recte titulum necessarium non esse affirmant Harppr. *ad §. 3 num. 28. & seqq. I. de vsufruct.* Besold. *Cons. 15. num.* 29. Bachou. *ad Tr. vol.* 1. *Disp. 17. th.* 17. *lit.* B. Molina *de I. & I. tract.* 2. *Disp.* 70. *num. 9.* late Manz. *de seruit. person. num. 88. & seqq. ad tit. quib. mod. vsusfruct. & de seruit. P. V. & R. tit. 6. n.* 106. & 107. *ad tit. π. Q. S. A.* Author *theatr. seruit. tit.* 16. §. 23. *pag.* 727. Et si de longissimi temporis praescript. quaeratur, tunc plane nullum dubium est, quin haec seruitutum precscriptio extinctiua, absque titulo, procedat arg. *l.* 8. §. 1. *Cod. de praescript.* 30. Manz. *de seru. pers. num.* 79. *quib. mod. vsusfr.* Author *theatr. seruit tit.* 16. §. 13. *pag.* 727. Ioh. Voet. *ad §. 9. de diuers. & tempor. praescript.* vbi quoque bonam fidem in praescript. 30. annor. nominatim excludit. Singulariter quidem Castillo *de vsufruct. cap. 67. num.* 9. 19. & 21. titulum & bonam fidem in vrbana & rustica seruitute per *l. pen.* §. 1. *Cod. de vsufruct.* requirit, quia ibidem Imperator, non nisi talem exceptionem contra vsufructuarium admittit, quae etiam si dominium, cuius pars est vsusfructus *l. 4. de vsufruct.* vindicaret, posset eum vel praesentem vel absentem excludere; in qua vsucapione titulo & bona fide absque

dubio opus est *l. f. Cod. de praescript. long. temp.* Attamen totus contextus ostendit, quod ibidem, non nisi temporis respectu, inter amissionem, quae per non vsum fit, & exceptionem, quae dominii vindicationem excludit, aequiparatio fiat, ita, vt nihil aliud exinde euinci queat, quam vt sicuti dominii vindicationi non nisi 10. vel 20. ann. exceptio opponi queat, ita & vsusfructus minoris temporis spatio, non vtendo, non amittatur, *arg. l.* 13. *Cod. de seru.* vbi Imperator Iustinianus eodem prorsus modo vsumfructum & seruitutes reales non vtendo amitti dicit, cum tamen via, iter aquaeductus &c. sola negligentia non vtentis, nec, vllo interueniente facto, pereant *l. 35. de S. P. R. l. 19. §. 1. Q. S. A.* Harpprecht *ad §. 3. num. 31. I. de vsufruct.* Manz. *de seruit. num. 95. quib. mod. vsusfr.*

§. XVIII.

De bona fide an & quatenus sit necessaria, maior est disputatio inter Doctores, communis sententia distinguit inter seruitutes rusticas & vrbanas, ita vt, in hisce bona fides, propter factum in libertate praescribenda, insuper exigatur, non vero in rusticis seruitutibus, cum hic sola negligentia non vtentis sufficiat, hincque *l. 4. §. 27. de vsurpat. & vsucap.* saltem de seruitute rustica concepta sit. Coepolla *de seruit. c. 24. num. 4.* Zoes. *num. 9. ad tit. π. Q. S. A.* Molina *de I. & I. tr. 2. disp. 66. concl. 4. & 5. num. 9. & 10.* Laymann. *theolog. moralis lib. 3. tr. 1. c. 9. n.* 7. Lugo *de I. I. disp. 7. sect. 4. num. 51. 52. & 53.* asserens, quod in praescriptione, vbi solus non vsus sufficit, non adsit mala fides, quia talis nihil agit, contra conscientiam, nec aliquid facit, contra ius alterius, sed saltem sinit, alterum non vti iure suo, quem quidem non tenetur certiorem facere de iure suo, imo, quod bona fides adsit, quia b. f. & bona conscientia sinit alterum non vti iure suo & credit, licite se posse vti libertate illa Manz. *de seruit. P. V. & R. num.* 105.

105. ad tit. Q. S. *A.* Ioh. Voet. §. *11. quem seruit. amitt.* & §. *10. ad tit.* π. *de vsurpat.* & *vsucap.* prout etiam hanc sententiam probabilem dicunt Bachou. *ad Tr. vol. 1. Disp. 17. th. 17. lit. B.* & Frantz. *n. 38. ad tit. Q. S. A.* nisi obstaret, quod cum huiusmodi praescriptiones contra vicinum inchoentur, illius scientia aut patientia, quae loco bonae fidei est, semper concurrere videatur. Alii vero vt Harpprecht *ad* §. *3. num. 28.* & *seqq. I. de vsufruct.* quoad vsumfructum, & generaliter Petrus Gilken *de vsucap. p. 2. m. 2. c. 3. n. 25.* & *seqq.* & Stryk. *de non vsu iur. quaest. c. 3. num. 46.* de Iure Ciuili bonam fidem indistincte excludunt & quidem (1.) per *l. 4.* ff. *27. de vsurpat.* & *vsucap.* vbi in casu si quis alterum vi, a seruitute viae, depulerit, nihilominus statuitur, viam per longum tempus non vtendo amissam esse, & per *l. 9.* ff. 1. *l. 10. de vi ac vi arm.* vbi Paulus docet quod si vsufructuarius a domino proprietatis de praedii vsufruct. possessione vi deiectus sit, & ob id tempore, per leges definito frui cessauerit, vsusfructus ea ratione finitus dicendus sit, Ioh. Voet. *ad tit.* π. §. *11. Q. S. A.* & §. *10. de vsurpat.* quales violenti deiectores tamen sine dubio in mala haerent fide. Hisce textibus addunt has rationes, quod (2) omnia iura quae loquuntur de bona fide in materia seruitutum, agant de praescriptione odiosa acquisitiua seruitutis, non de praescriptione libertatis, vtpote quae fauorabilis est, quia hoc modo res ad pristinam suam naturam & veterem libertatem reducatur. Deut. *15. l. 2. ibi: fauor enim libertatis debitus & salubris iam pridem ratio suasit Cod. de longi temp. praescript. quae pro libertate.* Et (3) quod nullus textus in hac materia prostans, vt §. *3. I. de vsufruct. l. 12.* §. *2. l. 38. de vsufruct. l. 20. l. 25. l. 29. quib. mod. vsusfruct. l. 7. l. 10.* ff. *1. l. 18. Q. S. A. l. pen.* §. *1. Cod. de vsufr. l. pen. Cod. de seruit.* de longa possessione ab alio, bona fide & iusto titulo, continuata aliquid adiiciat, sed simpliciter asse-

afferant, quod feruitutes non vtendo per modum, & tempus expirent, nec praeterea vllibi quicquam, vel bonam fidem, exigant. Vti quoque (4.) ad praefcriptionem actionum bona fides de Iure Ciuili non eft neceffaria per *l. 1. §. 1. Cod. de annali Except. l. 3. l. 4. l. 7. L. 8. §. 1. Cod. de praefcript. 30. vel 40. ann. cap. 15. cauf. 16 q. 3.* fed folus lapfus temporis, cum negligentia conuncus, fufficiat, cum reus nihil poffideat. Erneft. Cothmann. *vol. 2. Refp. 63* Meu. *p. 7. dec. 173. & p. 8. d. 15.* Stryk. *de act. for. inueft. fect. 3. m. 1. ax. 6.* Andr. Ockel. *de praefcript. immemor. c. 8. th. 9.* In fpecie (5.) huic diftinctioni inter feruitutem vrbanam & rufticam acriter fe oppofuit Ioh. Corafius *ad l. 14. num. 44. cum feqq. de feruit. pag 516.* ex eo quod minime concludat, requiritur factum in praefcriptione feruitutum vrbanarum: ergo quoque bona fides eft neceffaria: cum tamen, nihil quicquam factum, cum bona fide, commune habeat. Et infuper quod (6.) ratio in *l. 4. §. 27. de vfurp.* expreffa, aeque in feruitute ruftica, ac vrbana, obtineri poffit arg. *l. 32. ad l. Aquil.* neque fe fundet in facto, fed in illa ratione quod ius in corporale non intelligatur poffideri, nec de via quis mero iure detrudatur, hinc etiam (7.) *l. pen. Cod. de feruit.* de vfufructu & reliquis feruitutibus, fine vlla diftinctione inter feruitutes rufticas & vrbanas, generaliter loquatur, nec bonam fidem vllibi exigat, fed folo non vfu contenta fit, vti omnes reliquae Leges. Imo quod in feruitutibus praed. vrban. factum neceffarium, exinde (8.) potius fequi videtur, fi dominus praedii vrbani dominantis huius facti, propter vicinitatem, notitiam habere poffit vel debeat & nihilominus longo tempore taceat, quod dominus praedii vrbani feruientis in iufta eaque maiori fide ac credulitate conftituatur, dominum praedii dominantis iuri fuo renuntiare & fponte cedere velle, ita vt propterea praefcriptio in feruitutibus vrbanis, fi non maiori, tamen pari iure, vt in feruitutibus rufticis, obtinere debeat, &

in

in vtroque casu, dominus, quod sua culpa & voluntaria alienatione sentit, damnum, non sentire videatur *l. 203. de R. Iur.* & scienti volenti non fiat iniuria, cap. scienti *de Reg. Iur. in 6to. l.* 1. §. 5. *de in iur.* Neque (9.) obstat *l. 1. & 2. Cod. de longi temp. praescript. quae pro libertate*, cum de praescriptione libertatis personae agat, in qua singulariter, summa ratione, hoc constitutum. Nam si bona fides non esset in ea necessaria, possent serui omnes, se subtrahendo, potestate dominica priuare, Corasius *ad l. 14. num. 41. de seruit.* Vti (10.) *l. 1. Cod. de seruit.* vel secundum Corasium *d. l. n. 46.* de praescriptione seruitutum acquisitiua exaudiri debet, vel iuxta Bachou. *ad Tr. vol. 1. D. 17. th. 17. lit.* β. non sequitur non oportet adesse factum, vi nec clam nec precario, ergo oportet adesse bona fides, quia quis v. gr. aedes sublatas habere potest, vt sciat se debere seruitutem altius non tollendi, vt tamen nec vi nec clam nec precario aedificauerit. Cum enim in seruitute & libertate praescribenda, scientia & patientia vicini, qui propter vicinitatem ignorantiam praetendere non potest, totum facere videatur, consequenter nec titulo, nec bona fide, cuius loco scientia est, fuerit opus. Vel denique secundum Brunnemannum *ad d. l. 1.* hunc casum continet, vbi quis, contra seruitutem altius non tollendi praescriptam, altius aedificauerit, qui condemnandus est, modo nec vi nec clam nec precario aedes possideat, cum vitiosa possessio faciat, vt nec tacite per praescriptionem seruitutem constituere possit.

§. XIX.

Cum vero, quoad bonam fidem, in praescriptionibus, hodie non Ius ciuile, sed Ius Canonicum obseruetur, quod semper vbique bonam fidem exigit per *c. 2. 15. 17. & fin. X. de praescript. c. 2. de R. I. in 6to* & in seruitutum

praescriptione acquisitiua absque dubio b. f. necessaria sit, Dr. Bardili *in Disp. de seruitut. praescript th. 22.* proinde de Iure Canonico, in praxi hactenus recepto, tam in seruitutum vrbanarum, quam rusticarum praescriptione extinctiua, bonam fidem requirunt, Struu. *Ex. 13. th. 57.* Brunnem. *ad l. 4. num. 16. de vsucap.* Manz. *de seruit. person. tit. 4. n. 52. quib. mod. vsufruct.* Castillo *de vsufruct. cap. 67. num. 19. & seqq.* Sed etiam in hoc rectius dissentire videtur Dn. Stryk. *in Disp. de non vsu iur. quaest. c. 3. num. 64. & seqq.* & moribus quoque hodiernis, si quis seruitute seu iure pascendi & venandi per 10. annos in alieno vsus non sit, illam seruitutem amissam dicit, cum talia iura alteri sint oneri, & libertati hic fauendum, in cuius fauorem is, qui tanto tempore non vtitur, remisisse ius suum videtur. Et licet alter, propter scientiam, in mala fide haerere videatur, redit tamen hic res ad pristinum dominum & ad pristinam libertatem, hicque reuera alteri nihil aufertur. Neque proprie aliquid possidetur. *Conferatur omnino* Conring. *de finibus Imper. lib. 2. c. 19. §. 13. pag. m. 229.* D. Thomasius *in Iurisprudentia diuina l. 2. cap. 10. §. 201. ibique in not. & in Fundam. Iur. natur. ibi adiect. emendat. ad l. 2. c. 10. §. 14. pag. 168.* Lüder. Mencken. *in Vol. Disp. an requiratur b. fid. in praescript. act. personal. th. 11. & seqq.* Huic sententiae, nisi fallimur, itidem plurimi ex supra laudatis Ddbus, quoad vsumfructum & seruitutes reales rusticas, adstipulantur, add Besold. *Cons. 15. num. 79.* cum Ius Canonicum correctorium, b. fid. exigens, ad illas saltem praescriptiones, quae ex possessione praescribentis causantur, & vbi factum aliquod praescribentis interuenit, restringunt; illas vero, quae ex negligentia non vtentis procedunt, ob malam fidem, non improbatas esse asserant, Zoes. *num. 9. ad tit. π. Q. S. A.* Manz. *de seruit. P. V. & R. num. 104.*

104. *Q. S. A.* Author *theatr. seru. tit* 5. §. 27. *pag.* 156. L. B. de Lyncker *Resp.* 65. *num.* 58. Conferantur *duae Disput.* D. Cocceji *de finibus bonae fidei in praescript. de Iure Canonico.* Sin porro in genere *l.* 18. §. 1. *l.* 21. §. 1. *de probat. cap.* 47. *de R. I. in 6to l.* 51. *pro socio l. pen. Cod. de Euict.* Vinn. *ad* §. 35. *I. de rer. diuis.* Struu. *ex.* 43. *th.* 13. Mascard. *de probat. concl.* 224. *& in addit.* & in praescribendis quoque seruitutibus bona fides in dubio praesumenda, ex mente Mascardi *de probat. concl.* 1221. *num.* 19. & Besoldi *Cons.* 273. *num.* 15. *&* 16. quamuis in praescriptione seruitutum acquisitiua absque titulo diuersum extet apud B. Dn. D. Harpprecht *in Cons.* 30. *num.* 174. Goswin. ab Esbach ad Carpz. *p.* 2. *C.* 3. *def.* 6. *num.* 3. *& def.* 8. *num.* 5. Bardili *de praescript. seruit. th.* 23. vel ad minimum tamen cum agitur de praescribenda libertate, pro bonae fidei existentia coniecturandum, quia praescribens habet iuris praesumtionem pro se, debuit enim credere, rem esse talem, qualis naturaliter esse debet, & sic liberam. Mascard. *de probat. Concl.* 1221. *num.* 32. *&* 33. *vbi num.* 34. *nullam differentiam inter seruitutes rusticas & vrbanas admittit arg. l.* 32. *ad l. Aquil.* Besold. *Cons.* 15. *num.* 78. vbi de communi testantur. Et scientia, cum patientia domini coniuncta, quae in dubio, ob vicinitatem, Barbosa locuplet. *lib.* 19. *cap.* 15. *ax.* 2. B. Dn. D. Harpprecht. *Consil.* 36. *num.* 86. maxime in re quotidie domini oculis exposita. Bardili *in Disp. de seruitut. praescript.* §. 17. praesumitur. Author. *Theatr. seruit. tit.* 10. §. 18. bonam fidem vtentis satis quoque probet ex Casparo Sch fordegk. ad Anton. Fabr. *lib.* 1. *tr.* 6. *q.* 4. D. Bardili *in Disp. de seruit. praescript. th.* 23. *num.* 11. ita vt propterea quoque Bachou. quem sequitur Frantz. in loco supra allegato, non improbabilem Corasii opinionem pronunciet. Quid obstat? quo minus, ob hanc ita concurrentem scientiam & patien-

tientiam domini, indeque praeſumtam bonam fidem, eo citius hanc praeſcriptionem admittamus, & tacitam ceſſionem, derelictionem & abdicationem ſeruituris competentis colligamus. Molina *de I. & I. Diſp. 66. num. 9.* add. L. B. de Lyncker *in Reſp. 16. num. 8.* vbi itidem in praeſcriptione libertatis aduerſus ſeruitutem bonam fidem non requirit, Andr. Ockel *de praeſcript. immemor. c. 8. th. 9.* Et ita in ſeruituris oues paſcendi praeſcriptione extinctiua, quod nihil amplius, quam ſolus non vſus per longum tempus continuatus requiratur, & ad ſummum porro hoc, vt ille, cui ſeruitus paſcendi competit, interea temporis paſcuis opus habuerit, de cetero vero neque bona fides, neque titulus, neceſſarius ſit, Inclyta Facultas Iuridica Tubingenſis, ex doctrina *Molin. Weizeneg. Zoeſii Coraſii & Manzii in cap. 1. §. 5* allegata cauſa A. 1709. reſpondit & Inclytum Supremum Dicaſterium Würtembergicum ſententiam prioris Inſtantiae a Magiſtratu Stuttgardiano d. 2. Sept. A. 1709. latam, in appellatorio d. 22. Sept. 1711. confirmauit, *Conferatur* Rauchbahr *p. 2. q. Iur. Ciuil. & Saxonic. fin. num. 17. & ſeqq.* B. Dn. D. Frommann. *in Diſp. de Apochis §. 45.* vbi itidem diſpoſitionem Iuris Iuſtinianei, circa exceptionis non numeratae pecuniae, aduerſus apochas, praeſcriptionem 30. dierum, moribus noſtris non abrogatam, neque bonam fidem neceſſariam eſſe, ob fauorem liberationis, afferunt.

CAP. IV.

SVMMARIA.

§. 1. Formam exhibet & an Seruitus hoc modo ipſo iure, & actio realis quo tempore extinguatur? §. 2. Quid iuris, ſi plures ſeruitutes quis habuerit? §. 3. & an plus vtendo noua conſtituatur ſeruitus?

§. 4.

§. 4. Interdum regressus datur contra negligentes, ob amissionem. §. 5. Contraria & inter illa, dolum malum, & actionem Paulianam refert.

§. I.

Formalis ratio nostrae praescriptionis ex superioribus satis patet, & consistit in extinctione seruitutis constitutae, per non vsum longi temporis. Et hinc differt a seruitutum praescriptione acquisitiua, vbi per longi temporis possessionem, seruitus nondum constituta acquiritur, B. Bardili *in Disp. de seruitut. praescript. th. 39.* & b. f. iustus titulus, & in discontinuis seruitutibus, hodie immemoriale tempus exigitur vid. *c. 3. §. 12. & 17. cum seqq.* Nec non ab aliis modis extinguendi seruitutem, de quibus in titulis, *quibus mod. vsusfruct. Q. S. A.* passim agitur. vel denique, si alia iura, per non vsum, amittuntur. Effectus vero huius praescriptionis seruitutum extinctiuae in eo consistit, vt dominus praedii dominantis seruitutem sibi & suo praedio debitam amittat, & dominus praedii seruientis iterum acquirat libertatem *l. 16. ibi: libertate enim huius partis seruitutis fruitur Q. S. A. l. 40. f. ibi: qui libertatem praestat sublata seruitut. de vsucap. & l. 10. Cod. seruit.* & quidem, si vsusfructus ita finitus: tunc ad suam reuertitur proprietatem, & proprietarius plenum consequitur dominium, per consolidationem *§. f. I. de vsufruct. l. 3. §. 2. de vsufruct. l. pen. §. 1 Cod. ibid.* Castillo *de vsufruct. cap. 75. & 76.* Ioh. Voet. *§. f ad tit. π. Quib. mod vsusfruct.* Author *theatr. seruit tit 16. § 20. pag. 732.* Marz. *de seruit. personal. num. 94. quib. mod. vsusfruct. amitt.* nisi quod in casu, si vni vsusfructus & alteri vsus relictus esset, tunc vsus amissus non redeat ad proprietarium, sed vsufructuarium per *l. 14. §. 1. de vsu & habitat.* quia vsus naturaliter fructui inest *l. 42. de vsufruct.* iuxta C. I. A.

§. 3. de vsu & habit. Müller ad Struu. *Ex 12. th. 56.* Sin igitur, post adimpletam hanc praescriptionem dominus praedii dominantis seruiture praescripta vti, vel illam in iudicio, actionibus competentibus, petere velit, repellitur vtique, per exceptionem praescriptionis, seruitutis extinctiuae, quae non proprie sic dicta exceptio actionis seu iuris est, sed, abusiue saltem, exceptio facti & intentionis nominatur, cum non nisi actioni de facto intentatae opponatur, Lauterb. Colleg. *π. §. 2. de diuers. & tempor. praescript.* B. D. Harpprecht *in differ. princip. solut. coniect. & praescript. th. 15.* Besold. *Consil. 15. n. 94. & seqq.* Licet enim Müller ad Struu. *Ex. 12. th. 34. lit.* γ. sentire uideatur, quod seruitus ita per exceptionem demum amittatur, cum tempus non sit modus obligationem tollendi per *l. 44. §. 1. de O. & A.* & seruitus praefinito tempore iure stricto non terminetur *l. 4. de seruit. l. 4. de vsufruct. l. 1. §. f. quand. dies legat. l. 12. Cod. de vsufruct. l. 30. de vsufruct. legat.* D. Hertius *in Commentar. s. opusc. vol. 2. tract. 3. de iuribus ex pacto certo tempore inclusis ʃ. 10. pag. 356.* attamen, quod talis seruitus per hanc praescriptionem ipso iure tollatur & extinguatur, patet ex *l. 17. §. 6. de iniur. l. 17. ʃ. 1. de pact. l. 45. de administr tut. l. 52. de solut.* & ex iis, quae Ddres de praescriptione criminum B. Dr. Lauterbach. *in Disp. de crim. praescript. th. 24. & seqq.* & actionum docent Lauterbach. in Colleg. *π. ʃ. 19. de diu. & tempor. praescript.* Goswn. ab Esbach. ad Carpz. *p. 1. c. 25. def. 1. num.* 7. B. Dn. D. Harpprecht. *in Differ. princip. solut. coniect. & praescript. th. 8. 15. & 21. vbi plures allegant.* neque actio semel per praescriptionem omnino extincta, reuiuiscere amplius potest Gilken *de praescript. p. 2. num. 2. c. 3. num. 33.* B. Dn. D. Harpprecht. *in Resp. 57. num. 383.* in tantum, vt etiam affirma-

affirmare non dubitent, quod actioni quoque confessoriae, pro asserenda seruitute, competenti, longo tempore, singulariter praescribatur per *l. pen. §. 1. Cod. de seruit. l. 16. Cod. de vsufruct.* Stryk. *de act. for. inuest. sect. 3. m. 2. num. 8. & seqq. de praescript. act.* Author *Theatr. seruit. tit. 16. §. 12.* quod enim nonnulli generaliter de actionibus realibus asserunt, quod eundem terminum habeant, ac vsucapio rerum mobilium & immobilium *pr. I. de vsucap.* Stryk. *in Vs. Mod. §. fin.* Böhmer *num. 5.* & Schöpffer *num. 10. ad tit. π. de diuers. & temp. praescript.* illud, si de directa actionum praescriptione sermo sit, nullum in iure habet fundamentum, sed 30. anni sunt necessarii, per *l. 3 l. 8. §. 1. Cod. de praescript. 30. ann.* quod si tamen res mobilis vel immobilis triennio vel longo tempore vsucapta, sicque prior dominus suum dominium amiserit, tunc non nisi per consequentiam actio realis, sublato scilicet fundamento illius actionis, & dominio in alium translato, extinguitur. Bachou. *ad Tr. vol. 2. diss. 28. th. 4. lit. I.* B. D. Frommann. *in Disp. de action. diuis. cap. 14. th. 1.* D. Lauterbach. in Colleg. *§. 7. de diuers. & temp. praescript.*

§. II.

Interdum, si quis aquaehaustum, in quo est commoditas eundi, per non vsum amiserit, perdit simul quoque iter ad fontem, cum principali seruitute extincta, simul censeatur extincta accessoria *l. 11. l. 17. Q. S. A.* & iter aquaehaustui saltem adhaeret, & pars eiusdem est accidentalis C. I. A. §. *4. ad tit. Q. S. A.* Coepolla *de seruit. c. 24. num. 10.* Struu. *Ex. 13. th 62.* Lauterbach. in Colleg. §. 4 *Q. S. A.* Manz. *de S. P. V. & R. tit. 6. n.*

paliter competant, & non saltem per consequentiam, tunc enim per non vsum vel remissionem vnius seruitutis altera ab ista diuersa non amittitur *l. 21. de S. P. V. L. 20. de S. P. R.* Struu. *Ex. 13. th. 55. & 62.* Author *theatr. seruitut. tit. 4.* §. *10.* vt si seruitus altius non tollendi, & ius stillicidii *l. 21. de S. P. V.* vel seruitus itineris, vel actus & vsustructus competat *l. 20. de S. P. R.* Manz. *de seruit. P. V. & R. tit. 6. num. 124. Q. S. A.* Author *Theatr. seruitut. tit. 4.* §. *6.* vel si quis aequae nocturnae seruitutem habeat, & postea diurnae quoque ductus aquae alia cessione datus fuerit, *l. 17. de aqua & aqu. pluu. arcend.* tunc enim, si vna seruitute per tempus constitutum non vsus fuerit, non amittit propterea statim alteram. Manz. *num. 45. ad tit. Q. S. A.* vel si quis iter & actum habet, si statuto tempore tantum iuerit, non perdit actum *l. 2 Q. S. A.* quia plures sunt seruitutes principales & ire quoque per se ille potest, qui actum habet, Brunnem. *L. 2.* & Manz. *num. 74. ad tit. π. Q. S. A.* Author *theatr. seruitut. obs. 22. tit. 4.* quod si tamen plures habeant seruitutem in vno loco, v. g. ius aquam ducendi per eundem riuum, & vnus eorum ius suum per non vsum amiserit, tunc commodum illud minime reliquis accrescit, qui riuo vtebantur, vt plus aquae ducere possint, sed domino praedii seruientis, vt libertate huius partis seruitutis vtatur fruatur, per *L. 16. Q. S. A.* ibique Brunnemann. Coepolla *de seruitut. c. 24. num. 10.* Struu. *Ex. 13. th. 63.* Manz. *num. 68. & 128. ad tit. π. Q. S. A.* Ioh. Verstegen *de seruit. praed. diss. 3. num. 46. pag. 394.* Author *theatr. seruit. tit. 4.* §. *6.*

§. III.

Certum quoque est, quod seruitus, per non vsum, per modum amittatur, frustra dissentiente Bachouio *ad*

§. 3.

§. 3. *t. d. vſufr.* Quod ſi igitur Dominus Praedii dominantis hoc caſu plus iuris exercet, quam habet, tunc quaeſtio exurgit, an eo ipſo noua ſeruitus acquiratur, ita vt impoſterum aucta ſeruitute vti queat? quae recte negatur, neque talis plus acquirit, quam ab initio conceſſum, neque ipſi plus conceditur, quam pactum eſt in ſeruitute, per *L. 11. Q. S. A.* Brunn. *ad L. pen. Cod. d. Seruit.* Struu. *Ex. 13. th. 59.* ibique Müller lit. β. Manz. *d. S. P. V. & R. n. 47. & ſeqq. Q. S. A.* Verſteg. *d. Seru. praed. D. 3. n. 45. pag. 394.* Author *T. S. tit. 4. §. 9.* quam ſententiam limitant Manz. *n. 48. dict. l.* & Ioh. Voet. §. *8. ad. tit. π. Q. S. A.* ſi omnia requiſita praeſcriptionis acquiſitiuae concurrant. Ne vero hac ratione damnum domino praedii ſeruientis inferatur, caute ille in tempore, contra talem exceſſum proteſtetur, & dominum praedii dominantis, mediante iudicis iuſſu adigat, vt ad iuſtum praeſcriptum vel conuentum numerum pecorum vel ouium ius paſcendi reſtringat, arg. *L. 1. §. 18. d. aqua quotid. L. 4. ff. 1. de ſeruit. c. 37. d. R. I. in 6to.* Carpz *p. 2. dec. 106. n. 8.* Berlich. *p. 2. concl. 49. n. 16.* Barthius. *d. iur. paſcend. cap. 4. §. 5. pag. 102.* Brunn. *ad L. 1. n. 12. & ſeqq. de aqua quot.* Stryk. *d. abuſu iur. quaeſit. cap. 5. n. 10.* Knipſch. *d. Nobilit. l. 3. c. 2. n. 242. & 43.* vel ex lege conuentionis oues, & non boues, vel equos ibi paſcat, cum qui ius paſcendi habet, mit gehörntem Viehe, cum aliis. v. g. ouibus, & vice verſa, paſcuis minime vti queat, Wehner *Obſ. Pract. voc.* Waidgang. Esbach *ad Carpz. p. 2. C. 41. def. 8. &* Carpz. *dec. 106.* Meiſcher *tom. 1. l. 1. dec. cameral. 36 n. 20. fol. 509.* Struuius *in Diſp. de iure ouium cap. 4* [illegible] nam ſeruitus ſtrictiſſimae eſt interpretatio-

conſeruetur. Ioh. Köppen *dec. 57. n. 1.* Neque aquam in maiori quantitate, quam quae ei debetur, deducat. *L. 24. L. 29 de S. P. R. D.* D. Graſs *de iur. font. §. 8.* vel ſi plus vtatur vſuarius, quam oportet, vt officio iudicis compellatur, ne aliter vtatur, quam debet, *L. 22. d. vſu & habit.* Weſemb. *n. f. d. vſu & habit.* Manz. *de. ſeruit. perſon. n. 67. ad eund. tit.* Imo, ſi aqua alia admixta in aquaeductu vtatur, ſane in tota aqua, tanquam re indiuiſibili, prohiberi poteſt, iuxta *L. 1. §. 17. d. aqu. quotid.* Coepolla *d. ſeruit. c. 8. n. 4.* Ioh. Verſteg. *d. ſeruit. praed. Diſſ 2. n. 21. pag. 336. & 337.* Denique nonnulli DDres ita loquuntur, quod alia fere ſeruitus ſimul per conſequentiam conſtituatur & acquiratur, dum videlicet quis, vſucapiendo libertatem ſuarum aedium, acquirit iis ſeruitutem, contrariam ei, quae amiſſa fuit, hoc eſt negatiuam, ſi amiſſa fuerit affirmatiua & contra v. g. ille, qui ſeruitutem altius non tollendi debebat, ſi aedes ſuas altius ſublatas habuerit per ſtatutum tempus, non tantum dicitur vſucepiſſe aedium ſuarum libertatem *L. 32. d. S. P. V.* ſed etiam hoc ipſo acquiſiuiſſe fere ſeruitutem altius tollendi, vt nimirum ius habeat aedes ſuas altius tollendi, inuito etiam vicino, cum antea prohibente ſeruitute, id facere non poſſet, ſicque, cum aedes ipſius deberent ſeruitutem negatiuam, acquiſiuit iisdem affirmatiuam, & ita per hanc fauorabilem ſeruitutem inducitur, vt dominus praedii antea ſeruientis poſſit libere vti fundo ſuo, ac ſi nunquam ſeruitutem debuiſſet, niſi quod hoc ipſum ius vtendi libere ſuo fundo ſeruitus hodie ſit, quod non eſſet ſeruitus, ſi contraria nulla praeceſſiſſet, ex mente Anton. Fabri. *lib. 19. coniectur. c. 9.* quem refert D. Bardili *in Diſp. d. praeſcript. ſeruit. th. 1. n. 7.*

§. IV.

§. IV.

Supra quoque dictum est in c. 3. §. 1. quod non vsus tertii interdum, ad am[illegible]onem seruitutum, sufficiat, si igitur venditoris, creditoris, fructuarii, eius, qui precario seruitutem rogauit, aliorumque culpa, in negotio praestanda, seruitus non vtendo amissa est, recte eo nomine actionibus competentibus conueniuntur per *L. 15. §. f. de vsufr. L. 15. d. ping. act. L. 66 §. 1. d. contrab. emt. & vendit. L. 8. §. 3. & 5. de precario. L. 15. §. 8. quod vi aut clam.* Bocer. *cl. 5. D. 8. th. 73. C. I. A. lib. 8. t. 6. §. 3.* Castillo *d. vsufr. c. 35. n. 1.* Versteg. *d. seruit. praed. Diss. 3. n. 47. pag. 395. Authbor. T. S. tit. 4. §. 7.*

§. V.

Contraria, quibus haec praescriptio vel ab initio impeditur, vel inchoata interrumpitur, vel impleta resoluitur, varia sunt. Prioris generis est potissimum specialis iuris dispositio, quae in quibusdam seruitutibus praescriptionem excludit, vid. cap. 2. §. 3. & seqq. vel si persona non habeat potestatem alienandi & remittendi seruitutem, per non vsum, v. cap. 3. §. 7. & 8. vel si hodie tempus belli & pestis incidat, vel occasio vtendi non adfuerit cap. 3. §. 9. Interrumpitur haec praescriptio per citationem, litis contestationem & protestationem testato factam *l. 2. Cod. de annal. except.* ibique Brunnem. *L. 17. Cod. de rei vindicat. L. 10. §. 3. de; bis quae in fraud. credit.* Lauterbach. Colleg. *§. 34.* de vsucap. Maximum vero remedium conseruandarum seruitutum sunt literae reuersales, & si dominus praedii dominantis ipsemet vel per alios illis vtatur, D. Stryk. *de non [illegible] quaes. c. 4.*

conferatur Dn. D. Grafs, *de Iur. font. th. 9.* Stryk. *in Vs. Mod.* §. 11. & *12. de seruitut. praed rust.* Sin vero praescriptio adimpleta, tunc rescinditur, ob iustum impedimentum, quod excludit voluntarium, siue cum aliqua negligentia coniunctum non vsum, per restitutionem in integrum vid. cap *3. §. 9.* & 10. & tunc Dn. D. Stryk *de non vsu iur. quaes. c. 3. num. 4.* & *seqq.* quem etiam sequitur Müller ad Struu. *Ex.* 13. *th. 63. in fin.* non male hanc regulam subministrat, quod vbi contra aliam praescriptionem succurratur, remedio restitutionis in integrum, ibi illud etiam contra non vsum concedendum sit, in specie, si dolo malo aedium domini, post litem contestatam, seruitus non vtendo amissa, itidem restituenda est per *l. 8. §. 4. si seruit. vindic. l.* 18. *de R. V.* Et si debitor seruitutes per non vsum in fraudem creditorem non vtendo amisit, tunc a creditoribus reuocantur, actione pauliana, iuxta *l. 3. §. 1. l. 4. de his quae in fraud. creditor.* Brunnemann. *ad l. 1. n. f. ibidem.* Meuius *p. 8. dec.* 159. *num. 4.* Vinn. *ad §. 6. num. 5. I. de act.* Lauterbach. Colleg. *π. §. 8. de his quae in fraud. credit.* Inter affinia referri meretur illa vexatissima quaestio: An vsusfructus & vsus male vtendo amittatur? de qua late actum a B. Dn. D. Harpprechto *in Disp. de impedimentis vsusfruct. materni* §. *20.* & *seqq.* Stryk. *de abusu iur. quaes. c. 5. num. 4.* & *seqq.* Et in Tractatu manuscripto de culpa leuissima B. D. Professoris Moeglingi, opera Praesidis, ad finem perducto, cap. *8. §. 25.* & *26.*

T A N T V M.